SIGISMVNDI GELENII CASTIGATIONES EX VETVSTORVM archetyporum collatione, in aliquammulta Pliniani operis loca, ab alijs antea parum animaduersa.

EX LIBRO SECVNDO. Cap. VIII.

Vrculorum quoq; cœli ratio in terræ mentione aptius dicetur, quando ad eam pertinet tota signiferi modulatio, inuentionibus non dilatis.) Si hoc modo legamus, quo referentur hæc uerba, inuentionibus non dilatis? Non ad circulos, de quorum inuentione hic nihil. ut iam demus signiferi modulationem hic recte posse dici. Veteres codices habēt: quando ad eam tota pertinet, signiferi modo inuentionibus non dilatis. Vt tota referatur ad ratio, non ad modulatio, quæ uox in manuscriptis nō est: & sensus sit: de uno signifero circulo hic se dicturum, quid circa eum primi Anaximander & Cleostratus obseruauerint: cæterorum circulorum mentionem cū mentione terræ aptius coniungendam: quod facit in fine libri. Minutiora annotare non uidetur necesse. satis est in eis quæ maioris sunt momenti fidem codicum quos sequimur approbare. Tertiū Martis, quod quidam Herculis uocant, igneā ardentis solis uicinitate, binis fere annis conuerti.) Vetus lectio, ignei, ardentis à solis uicinitate: quemadmodum & Liuius sæpe loquitur. Causam reddit non cur biennio circulum absoluat, sed cur ardens sit & igneus. Temperari Iouem, salutaremq; fieri deum.) De sydere loquitur, non de deo. Scriba proxime sequentem particulā Deinde, deprauit in deum Inde. Vt temporum ratio facilius solis itineri congruat.) Facilius redundat. Circa finem capitis pro Ctesias & Sosigenes, legitur, hic idem & Sosigenes, magno manuscriptorum codicum consensu. refertur autem ad Timæum. quin & in Catalogo mox post Timæum Sosigenes subijcitur. Eodem uersu in utroq; exemplari est peculiaris syderum ratio non statio. Cap. IX. Quæ mensis exitu latet, cum laborare iam creditur.) Antiquorum atq; emendatorum codicū lectio est: cū laborare non creditur, id est, interquiescere creditur, eo quod tūc lucere desinat. Vnde quod interlunio fit, aliquoties Plinio silente luna fieri dicitur. Vnum locum adscribam qui primus occurrit lib. 28. cap. 7. non segnius silente luna, coitusq; tum maribus exitiales esse. Tale est & illud apud Maronē: A Tenedo tacitæ per amica silentia lunę. ubi interlunium significat, noctisq; obscuritatem, Græcorū insidijs accōmodam. Reperiuntur quidem apud poetas solis labores, & luna laborans, uerum illi tum de eclipsibus loquuntur. reliqui tamen uulgatā lectionem, contentus diuersam indicasse, mutaturus alioqui nisi mature animaduertissem, esse quibus & illa nō displiceat. Tertio inde uersu illic legitur de Endymione: & ob id amore eius famæ traditus. Arbitrium sit penes eruditum lectorem.

Dein remorata in coitu.) Scripsi morata. Remorari enim actiuam significationem habet: unde remora piscis, quod naues remoretur. Omnium quæ in cœlo prenosci potuerūt magistra.) Lego pernosci, ut intelligas certam & absolutam cognitionem. de præsagijs Plinium hic non loqui indicant quæ mox subsequuntur: in duodecim mensium spacia. &c. Sequenti uersu lege: ipsa toties solem: non ipsum. Cap. XI. Immensum esse constat, quia arborum &c.) Verbum constat, redundat. refertur enim hæc tota oratio ad precedens uerbum aperitur. &, qui arborum, habent ueteres codices, non quia. Scriba a literam geminauit. Cap. XVI. Hoc uno protinus intelligi potest uisu.) Lege: hoc non protinus. Cap. XVIII. In triquetro semi ambitur orbe.) Legendū, seminani ambitur orbe. Cap. XXV. Fiunt & hirci, uillorū specie.) Scribo, hirti. Item uersu à fine pag. 6. spiræ modo, non spinæ. Pag. sequentis uersu undecimo: Eo sidere significari, non eo signo. Cap. XXVI. Non modo an obirent nascerenturq;, sed omnino aliqua transirent.) Melius: non modo an obirent nascerenturúe, sed an om. &c.

Cap. XXVII. Atqui hæc ego ratis temporibus.) Rectius: Atq; hæc ego statis temporibus.

Cap. XXXI. Semel in meridie.) Vetus lectio. Semel & meridie. Exemplaria consentiunt. Mox post singula paria consulum adiecimus coniunctionem, quo euidentius anni ab inuicem secernerentur. Cap. XXXII. Alter consul est C. Fannnius, non L. Annius.

Cap. XXXV. Postq; in lunæ magnitudinem facta sit.) Miror cur hic hebraismus placuerit. Sic enim illi loquuntur: Factus est mihi deus in protectorem, & in locum refugij. Nostri codices habent, lunæ magnitudine. Cap. XXXVIII. Infra lunam hæc sedes multoq; inferior (ut animaduerto propemodū constare infinitum) ex superiore natura aeris, & terreni halitus miscens utraq; sorte confunditur.) Planior lectio: Infra lunam hæc sedes multoq; inferior (ut animaduerto propemodum constare) infinitum ex superiore natura aeris, infinitū & terreni halitus miscens, utraq; sorte confunditur. Attestantur ambo exemplaria. Cap. XLVII. Veteres quatuor omnino seruauere per totidem mundi partes: ideo nec Homerus plures nominat. Hebetius mox iudicatū id est. Secuta ætas octo addidit, ratione nimis subtili & concisa. Proximis inter utranq; media placuit.) Est quidem sensus idem in antiqua lectione: mirum tamen quantum sibi hic indulserit castigator nescio quis, dictiones alias addendo, alias transponēdo, alias diuisas componendo, unamq; continuam orationem in plures minutas inepte concidēdo. Talem audaciam ardelionum probare non possum. Hermolaus extra culpam est: Alerienſis fortasse non est. Nunc uide sinceriorem lectionem. Veteres quatuor omnino seruauere, per totidē mundi partes, (ideo

nec

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171286-p0714-1
DFG

nec Homerus plures nominat)hebeti ut mox iudicatum est ratione: secuta ætas octo addidit, hi/mis subtili & concisa: proximis inter utranq; media placuit. Quod si quis contendat nostram le/ctionem scribarum temeritate inuectã: primũ exemplaria consentiunt: deinde scribæ non solent tam feliciter errare. Castigatorum hæc solertia est, deprauationibus speciem aliquam sinceritatis affingere, quorũ impudentia sæpius quàm uellem ansam destomachandi præbet. Argesten in telligit & Cæciam.) Distingue ut Cæcias sequentibus cohæreat. & Cæciam aliqui uocant Hel/lespontiã. Saluberrimus autem omnium aquilo, quia siccus & frigidior. noxius auster, fortasse quia magis humidus.)Non uideo cur hic quoq; libuerit castigatoribus tantũ uerborum transpo nere, fortiter contempta fide archetyporum. Auster qui Græcis Notus, sæpius quidẽ imbrifer, in terdũ tamen serenificus est, uel Horatio teste: Albus ut obscuro detergit nubila cœlo Sæpe No/tus, neq; semper imbres adfert: utroq; modo noxius, atq; etiam magis quoties est siccus, quod tũc etiam æstuosus sit. Id an non satis Latine Plinius expressit his uerbis? Saluberrimus autẽ aquilo. Noxius auster: & magis siccus, fortassis quia humidus frigidior est. Sequenti uersu in ambobus legitur: Etesiæ noctu desinunt ferè, non flare. & quorsum attinebat supponere flare: cum æque perfecta locutio sit: Etesiæ noctu desinunt. Nec male nostri in sequenti uersu: cum uocantur or/nithiæ, pro quo in uulgatis est: qui uocantur. Nam & ornithiæ sunt Etesiæ, æque stati.

Cap. XLVIII. Rursusq; deiecti in terram, obducta nubium cute.)Antiqua scriptura rur/susq; deiecti, interim obducta. Quod si maiore depressæ nubis eruperit specu, sed minus alto quàm procella.)Scribo lato, non alto. Superius enim dixerat: si late siccam ruperint nubem, prō/cellam gignunt. Cap. XLIX. Quod si simul rupit nubem, exarsitq;, & ignem habuit, aut postea concepit, fulmen est.)Lego, non postea concepit. Id addit ad differentiam presteris quem in fine præcedentis capitis dixit, rupta nube demum dum furit accendi. Vortex autem hoc me ando distat à turbine, quo stridor à fragore.)Nõ displicet quod habent nostra exemplaria: uortex autem remeando distat à turbine, & quo stridor à fragore. Quæ à septentrione descendunt ad teporem, qualis est omnis campaniæ tractus)Rursus in ambobus est: quæ à septentrione disce/dunt ad teporem, qualis est Vrbis & Campaniæ tractus. Cap. LII. Saturni ea sidere pro ficisci,) Deest præpositio: à Saturni sidere. Cap LIII. Impetratum Vulsinijs & urbe & agris depopulatis subeunte monstro quod uocauere Oltam.) Sincera lectio: Impetratum Volsi/nios urbem agris depopulatis subeunte monstro, quod uocauere Voltam. Alioqui serum erat lo uis Tonantis auxilium, iam depopulata urbe. Quod autem ad monstri nomen attinet, Tusci ter ram uocabant uolam. Inde Volta, terrigena belua. Cap. LV. Quia nonnullæ earum sunt fulmine dirutæ,)Magis idonea causa est in manuscriptis uoluminibus: nulla non earum fulmine diruta. Cap. LXIII. Cuius numen ultimum iam nullis imprecamur, rati graue.) Quid est imprecari numen? Imprecamur mala. Numen nisi aliquid addas, nihil mali est. Transposuit unam syllabam nescio quis, imprecamur rati scribendo, pro precamur irati. Dicebant enim male precantes: sit tibi terra grauis. Sicut contrà bene precantes: Sit tibi terra leuis: Vt est uidere in epi taphijs. Irati precamur defunctis terram grauẽ, cupientes & ipsam eis iratã, quasi nesciamus solã nunq̃ homini irasci. Cap. LXVIII. Iam primum in dimidio cõputari mihi uidetur, tanq̃ nul la portio ipsi decedat oceano.) Mihi redundat. nam ipse improbat eam opinionẽ. & pro decedat decidatur legendum. portio terrę deciditur oceano, eiq; accedit non decedit. Europam Asiamq; dispartit.)In nostris exemplaribus pro dispersit legitur dispescit. Cap. LXX. Neq; enim (ut dixere aliqui) mundus hic polo excelsiore se attollit, ut undiq; non cernantur hæc sidera.) Pri/mum non mundus hic, sed hoc polo, legendum: deinde: aut undiq; cernerentur hæc sidera. aut, id est, alioqui. nam & hoc significatu apud probos autores reperitur hæc particula. Sic lib. 19. cap. 5. Effodiuntur bulbi ante uer, aut deteriores ilico fiunt. Cap. LXXI. Eundemq; remeans obuium cõtrario præuertebat occursu.)Malui quod est in scriptis exemplaribus, præteruertebat. præuertimus enim ad eandem metam nobiscum tendentes, non obuios. Et æque integra locutio est absq; coniunctione que. Cap. LXXVIII. Ipsoq; crinium argumento.)Melius cru/rum quàm crinium. Cap. LXXXVIII. In eadem & oppidũ haustum profundo: alioq; motu terrę statinas emersisse: & alio, prouolutis montibus insulam extitisse Prochytam.)Veteres codices pro Statinas habẽt stagnum, ut intelligas omnia in una insula accidisse, oppidũ hiatu hau/stum, stagnum emersisse, montes prouolutos, non eodem tamen terræ motu, sed alio post alium.

Cap. LXXXIX. Domiston & Prienen Mileto, Artemisiam Parthenio promõtorio.) Illic uerius legitur: Dromiscon & Pernen Mileto, Narthecusam Parthenio promontorio.

Cap. XCIIII. Similiter in Reatino.) Hæ tres uoces cum fine huius capitis cohærent, non cum sequentis initio. Cap. XCVIII. His adde, ut nihil quod equidem nouerim prę teream, Aristoteles.)Legendum, addit. & sequenti uersu redundat, affirmat. Cap. CIII. In Falisco Clitumni amnis aqua porata candidos boues facit.)Hominem peritum regionum qui tã leui momento Clitumnum ex Vmbria in Hetruriã traduxit. Vetus lectio: In Falisco omnis aqua

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171286-p0715-7 DFG

potata candidos boues facit. In Ponto fluuius Astaces irrigat cāpos, in quibus pastæ oues nigro lacte æque gentes alunt.) Cui absurdū uisum est Scythicā gentē equino lacte ali, is multo uaniora credidisset, quæ Pausanias de uictimis ex hoc armēto tradit, & sacras quoq; dapes apud illos equinis uisceribus cōstare. Certe apud Maronem legisse debuerat: Et lac cōcretū cum sanguine potat equino. Quare nō erat cur mutaretur uetus lectio: in quibus pastæ nigro lacte equæ gentē alunt.

Cap. CVI. In medio mari Hiera insula ardet. Aeolia insula iuxta Italiam cum ipso mari arsit.) Nulla insula proprie uocatur Aeolia, sed ex septē Aeolijs uni nomen est Hiera. Proinde magis placet antiqua lectio: In medio mari Hiera insula iuxta Italiā &c. Cap. CVII. Quid quod innumerabiles partus, sed naturales scatent?) Pro partus illic legitur parui. naturales dixit propter præcedentem speculorum mentionem: parui, quia hactenus de magnis loquutus est.

Cap. CVIII. Quæ mensura Artemidoro attestante efficit.) Melius: Artemidori ratione efficit.

EX LIBRO TERTIO.

Cap. I

Llbida quę Clausa, Stici quod Iulienses.) Antiqui codices uerius: Ilipula quæ Laus, Astigi ꝗd Iulienses, ac mox pro Auia Ecdanum, Arialdunū: pro Hebura, Vbeda: pro Ipho, Hippo: pro Tuati, Tucci. & subijcit: oia Bastetaniæ: quod aliquis in Obuia deprauauit. Obulco, quod Botificense.) Lege Pontificense. Fere enim barbaris oppidorū in hoc tractu nominibus latina cognomina adiungit. mox, Ilipa cognomine magna, Italica magna redundat. Ab ora uenti prope Menobam.) uenienti lege non uenti. Cap. III. Oppida oræ prima, Vrci.) Lege, oræ proxima. Qui Phocensium fuere soboles.) Scribo Phoceensium, à Phocæa Ioniæ, non à Phocide Helladis. Oscenses regionis Bastetaniæ.) Rectius Vescitaniæ. Hæc mediterranea est regio, illa maritima: quamuis & illa suam habeat Oscam, ab hac diuersam. ac mox pro Carcenses, Cinnenses, Cortenses: illic legitur, Carenses, Cincenses, Cortonenses. In ijs sunt Gyri,) Legendum Giguri, attestante Ptolemæo. Cap. IIII. Amnis Cema.) Cum omnes geographi Varum in hac ora Galliæ finem faciant, miror cur castigatoribus libuerit Cemam pro Varo supponere, reclamantibus manuscriptis codicibus. Cap. V. A Corsica minus LXX.) Est quidē huic ferme par interuallum & inter Corsicam, magis tamē placet Corcyram legi quàm Corsicā, quemadmodum habent uetusti codices. alioqui Corsica ante Sardiniam non ante Issam ponenda erat. eo uidelicet ordine, quo ipsæ insulę sitę sunt. Fluuius Padus.) Pado est in nostris exemplaribus, ad differentiam Eridani. Oppido Vendiatiorum, ciuitas Cemeliō.) Melior uetus lectio: oppidū Vediantiorum ciuitatis Cemelion. Cæsar Liuius & Plinius solent gentes Hispanas atq; Gallicas in ciuitates diuidere: cuiusmodi nunc imperitum uulgus communitates uocat. Sic inter Belgarū ciuitates numerantur, Remi, Treuiri, Eburones, Neruij, Morini, atq; alij. singulæ ciuitates plura habebāt oppida, pro suis quæq; opibus: quædam exiguæ non plus uno. Ita hoc loco Vediantiorū ciuitatis oppidum Cemelion recensetur non longe ab ora. Et Vediantij dicūtur ea forma, qua in eisdem alpibus Ebroduntij, qui hodie sunt Ebrodunenses. Venidates diuersi sunt ab his trans Padum uicini Carnis. Atentanis græca gente.) Scribo Atintanis à recto Atintan, sicut Acarnan.

Fluentini præfluenti Arno appositi.) Non mutaui lectionem: omnes tamen quotquot uidi manuscripti codices, Florentinos habent. Ibi fuere Amyclæ.) Antiqua lectio: & ubi fuere Amy. mox Dein lacus Fundanus: lege addendo iuxta fidem ueterum codicum Dein locus Speluncæ, lacus Fundanus. Meminerunt huius loci Tacitus & Tranquillus. Item sequenti uersu pro, oppidum Formiæ antiq. Læst. sedes: oppidum Formiæ. Hormiæ dictum, ut existimauere, antiqua Læstrigonum sedes. Nauigatione à Circeijs.) Lege, nauigatio & pro, Capua ab XI campo dicta: illic est tantum, Capua ab campo dicta. nec multo post Verulani pro Nerulanis. Compita carum CCLXV. pass.) Sincera lectio: compita larum CCLXV. attestatur Ouidianus uersiculus: Compita grata lari, compita gtata cani. nam in compitis sacrum anniuersariū laribus fiebat. unde compitalia dicta, dies ei sacrificio status. & uerba quæ subijciuntur intelligenda sunt de paribus inter se à miliario ad omnes portas spatijs. Quod si quis altitudinem.) Melius, Quò si quis. Paulo post pro Ficulnea ueteres habent Ficana. & pro Aeneipolis cōstanter habent Antipolis. Verisimileq; est Pelasgos aut Arcadas qui cum Aboriginibus Saturniam tenebāt, hoc nomē Ianiculo indidisse, quod id oppidulum sibi ex aduerso sitū esset. Ibidē quod Antemnas pluratiuo numero malui scribere, Virgilium quoq; secutus sum non solū libros manu descriptos. Mutucumenses Olliculani.) Nostra exemplaria, Mutucumenses, Munienses, Numinienses, Olliculani. Atq; ita consit LIII populorum numerus. In antiquo Latio LIII populi.) Sincera lectio: Ita ex antiquo Latio. Pæstum à Græcis Posidonia appellatum.) Præpositionem castigatores de suo adiecerūt. Idem factum & alijs locis plurimis. Cratis fluuius pater, ut dixere, Scyllæ.) Alius est Cratis, nō in hac ora sed in fronte Italiæ circa Thurios. Legendum igitur, Cratæis fluuius mater, ut dixere, Scyllæ: testantibus Homero simul & emendatis exemplaribus Plinianis. Oppida habet ciuium Romanorum Palmam & Pollentiam, latina Cinium & Cunici, quod fœderatum Bochorū fuit.) Quis hic sentiret erratum? est tamen non leue. Legendum enim: & fœderatum Bochorum fuit.

Sensus

Sensus est: olim V in ea insula oppida fuisse, duo ius ciuitatis habuisse, duo ius Latij. quintum fœderatum Romanorum fuisse, idq; intercidisse. qui lectionem mutauit, somniauit Bochos reges, & paternum casum pro recto: neq; sensit eodem prope modo dictum, Fuit, quo illud, Fuit Ilium.

Iamnonem & Magonem.) Scio Strabonem has solas enumerare. fieri tamen potuit ut tertiam Saniseram aut ignorauerit, aut prudens tanquam minus nobilem præterierit. Verisimile est autē eam solā indigenarum fuisse, reliquas duas à Pœnis colonias deductas, & à deductoribus denominatas uocabula punica indicant. Sequenti uersu pro Meraria legendum Menariæ, à menis piscibus salsamento aptis. Cap. VI. Et Barpona, Menaria, Colubraria, Venaria.) Barpona uox est nihili & ficticia, Lege & paruæ, Men. Col. Ven. Cap. VIII. Inter se autem hæc promontoria late distant his spatijs. Antiqui codices: Inter se autem hæc promontoria ac latera distant his spatijs. Cephaledis, Aleuntium, Agathyrsum.) Vera lectio. Cephalœdis, Aluntium, Agathirna. hanc & Liuius sic nominat. Cephalœdis hodieq; nomen retinet. Cap. IX. Cui successit Aeolus.) Lege: qui successit Aeolo, & Mongonis uox est deprauata. nam Milogonis siue Melogonis scribendum est, à prouentu ouium, μηλογονίς. Cap. XII. Succentes, Lucentes.) Scribo Fucentes, Lucenses. Fucentes à Fucino lacu, Lucenses à Luco quopiam. & pro Mutustæis Mutuscæos. Virg. Oliuiferæq; Mutuscæ. & Aequiculos, non Aequicolas. Est enim diminutiuum. Cap. XIIII. Aestini, Sentinates.) Pelestini non Aestini. Supra Interamnani.) Lego, supra Interamnam. cohærent enim hæ duæ uoces cum præcedentib. Cap. XV. Regiates, Vrbinates.) Imò Vmbranates, nam Vrbinates in VI regione censentur. Cap. XVI.

Finibus Ligurum Gabiennorum. Lege Vagiennorum, quorum oppidū Augusta, nō longe à fonte Padi. Cap. XVII. Transpadana appellatur ab eo regio nona.) Quia mox cap. 18. sequitur, Venetia decima regio, castigator pro sua sapientia hic exundecima fecit nonam, oblitus suprà Liguriam ex descriptione D. Augusti dici nonam regionem. is totā Italiam diuisit in regiones undecim. Quod si hæc nona est, quænam erit undecima? Sequenti uersu non est fluctuoso alueo, sed fructuoso, uidelicet ob importationem uariarum mercium, Cap. XIX. Pola quæ nunc Iulia pietas.) Rectius Pietas Iulia. Solet enim fere in talibus oppidorum nominibus substantiuum adiectiuo pręponi. Sic in Hispania, Fama Iulia, Concordia Iulia, Constantia Iulia. Similiter in Italia Laus Pompeia. In mediterraneo regionis decimæ, Colonia, Cremona: Brixia, Cenomannorum agro: Venetorum autem Natri Ateste.) Antiqua & sincera lectio: In mediterraneo regionis decimæ Coloniæ, Cremona Brixia Cenomānorum agro, Venetorum autē Ateste. Error est non simplex. primum sola Cremona Colonia uocatur, quasi non & Brixia & Ateste coloniæ fuerint: deinde Natri coloniarū enumerationi inseritur, quo nomine nulla usquā colonia legitur. paulo post Fertini legendum non Feltrini. nam hoc posterius nomen recēs est, & ex illo altero uetere deprauatum. Cap. XXII. Petunt in ea iura iuribus descriptis in decurias.) Legendum, Petunt in eam iura descripti in decurias. Cap. XXVI. Electridas uocauere, in quibus prouenit & succinum.) Scribo, proueniret succinū. Adeo ut ijs quas earū designent, haud unquam constiterit.) Particula ijs redundat: quemadmodum sequēti uersu hæc dictio, Trucones: si credimus uetustis iuxta atq; emendatis codicibus.

EX LIBRO QVARTO. Cap. V

INtus autem ipsa Messene, Ithome, Oechalia, Arene. Pteleon, Thryon, Dorion, Thamyræ uatis clara temporibus.) Lege, Dorion, Zancle, uarijs clara tēporibus. Sensus est, hæc oppida nō simul claruisse, sed diuersis temporibus aliud post aliud effloruisse. pleraq; heroicis tēporibus nobilia fuere, inter quæ post Zancle eminuit, cæteraq; obscurauit, & ad ultimū Zanclen Messene, aliquāto post Peloponnesiacum bellum opera Thebanorū condita. Locus Thyræ, Gerania.) Thyrea est in uetustis exemplaribus: & sic Herodotus quoq; nominat. Apesas, Antes.) Pro his duobus nominibus unum reposuimus, Apesantus, ex fide eorundem codicum. Sic enim Apesas dicitur Apesantus latina terminatione, sicut elephas elephantus Cap. VII. Oppida, Sidûs, Cremyō.) Sidûs incuria scribarum omissum fuerat. Cap. XII. In quem mutatam Vlyssis nauem.) Neminem offendat quod ubiq; Vlixem scripsi, sequutus antiqua exemplaria. Fui & ipse quondam in ea opinione ut putarem barbare dici Vlixem. Postea reperi apud Plutarchum ὀδυσσέα Romanos Vlixem sua lingua appellare. Sed hæc leuiora passim consectari non est propositum, duntaxat in annotationibus: in contextu & taliū est habita ratio. Paulò post pro Arnoxiæ Oxiæ scribendū, attestantibus Græcis geographis. Ophiusa, Buto, Aranus.) Scribo ad fidem codicum quos sequor, Butoa, Rhamnûs. & sequenti uersu pro Plachiæ Platiæ. rursus huic proximo pro Lycades Lichades, à Licha in hoc mare ab Hercule proiecto, cuius Naso meminit in sua Metamorph. Eodem uersu pro Phocasia Phocaria, à Phocis, hoc est uitulis marinis. Mesatia, Eantiron.) Lege, Mesate, Acantion: quasi dicas Aiacis fanum, aliquāto post montis Abnobæ non Arnobæ, In ora Carcinite,) Scribo, In ora à Carcinite. Cap. XIII. Circa Istrum Apolloniatarum una.) Lege, citra Istrum, aliquanto post: corpora prægrandes ipsorū aures tota

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171286-p0717-9 DFG

contegant:non integant. Cap.XVIII. Sed peninsulam spectatiorem excurrentem in oceanum, à fine Osismiorum circuitu DCXXV M. p. longitudine. In latitudine CXXV M.) Vera lectio:circuitu DCXXV M. p. ceruice in latitudinem CXXV M. Ceruicem uocat Isthmon, qua insula ceu caput, continenti ceu corpori cohæret, Sequēti uersu pro Cauratani lege Carnutani. ac mox Secusiani liberi, pro Secusij, Albij liberi. Cap.XIX. In primo uersu, Bituriges liberi redundat. nam hoc ipso capite post aliquot uersus horum facit mentionē. Bergebi, Tarbeli quatuor, Signani, Cocossates, Sexagnani.) Veteres codices: Begerri, Tarbeli quatuor signani, Cocossates sexsignani: In fine capitis deerat nomen insulæ: & in Aquitanico sinu Vliarus Cap.XX. Ipsa Pyrenæi iuga ab ortu æquinoctiali in occasum brumalem.) Deest una dictio. ab ortu æqu. fusa in oc. br. Eodem capite Pesici scribendum, non Pisici, & pro Gronijs Grauij, quasi Graij. Cap.XXI. Oppidum & flumen Eumenium.) Lege Minium.

Cap.XXII. Nostri Tartesson appellant, quam Pœni quondam Gadira: nam Gadira punica ligua septum significant.) Antiqui codices: nostri Tartesson appellant, Pœni Gadir, ita punica lingua sepem significante.

EX LIBRO QVINTO. Cap. IX

CAesareæ in Theseo dicatus.) Quid Mauris cum Theseo? Antiqua lectio, in Iseo, hoc est in Isidis fano: cuius numē, initio ab Aegyptijs orto, tota Africa religiose colebat. Infra quod Abydus, Memnonis regia & Osiris templo inclytum, septem dierum itinere in Libyam remotū à flumine.) O crassum erratum. Quomodo enim Abydus infra Tentyra in Aegypto atq; adeo inter ripenses urbes recensetur, si tantum spatij inter eam & flumen interest? Itaq; reposuimus ex manuscriptis: VII MD p. in L. r. à. fl. Cap.X. XV M. p. laxitate inserta.) Insessus non inserta. paulo post XI enim reperiuntur, super quæ IIII. lege superq; Cap.XII. Qui subtilius diuidunt, circum Euphraten Syriam, Phœnicen uolunt esse oram maritimam Syriæ; cuius pars sit Idumea & Iudæa: deinde Phœnicen, deinde Syriam.) Mollius erat, circa Euphratem. Sed præstat ab exemplaribus non discedere, quæ sic habent: Qui subtilius diuidunt, circumfundi Syria Phœnicen uolunt, & esse oram maritimam Syriæ, cuius pars sit Idumæa & Iudæa, deinde phœnice, deinde Syria. Hic nulla mētio Euphratis. Syria Phœnicen à lateribus, & à tergo amplectitur: frontem mare alluit. eius oræ partes sunt Idumæa & Iudæa, Phœnice & Syria Antiochena.

Cap.XIII. Iamnes duæ, altera uicus.) Scribo, altera intus. Cap.XIIII. Pars enim Syriæ iuncta.) Vetus, Pars eius Syriæ iuncta. Et inter toparchias est Gophnitica non Zophanitica. attestatur Iosephus. Nomen Iudeæ modo Herodium.) Portentosa deprauatio. Legendum ut cohæreat cum præcedentibus: Hierosolyma longe clarissima urbium orientis, non Iudeæ modo: Herodium cum oppido. Est autem Herodium arcis nomen. Cap.XVII. Haud procul ab Asphalite.) Vetus lectio, haud procul Asphaltite Cap.XXVII. A mari relata, ubi uocabatur Olmia.) Legendum Hormia. à portu. Oronda, Sagalessos,) Oroanda est in codicibus manuscriptis, & apud Liuium. Edigis Paropamissus, Circius.) Scribo, Emodus Paropamissus, Cirtius. In proxima ora Caria est, mox Ionia, ultra eam Aeolis, media Doride. circumfunditur mari utroq; latere ambiente.) Hominem geographiæ peritum, quisquis Dorida Ioniam inter & Aeolidem collocauit. Quid autem est libros deprauare, si hoc non est? Sincera lectio manet etiam nunc in antiquis exemplaribus. In proxima ora Caria est, mox Ionia, ultra eam Aeolis. Caria mediæ Doridi circumfunditur, ad mare utroq; latere ambiens. Sic superius cap. 12. dixerat Syria Phœnicen circumfundi. Nec dubiū est utrunq; locū ab uno castigatore data opera tam belle deprauatum. Cap.XVIII. Amnis Ninus.) Hermolao placet Ninus, de quo tamen subdubitat: manuscripti libri. tum etiam typis excusi quidam Indum habent. Et sunt nonnulli amnes binomines. atq; haud scio an huic ipsi nomen mutatum narret Liuius, posteaquam in eum Indus belluæ rector ab elephanto prolapsus est Cap.XXIX. Fuit in ora eius oppidum Temnos, nūc in extremo sinu Smyrnæ Cheseopolis promontorium. Leuce dein oppidū, quod insula fuit finisq; Ioniæ.) Sincera lectio: Fuit in ore eius oppidum Tēnos: nunc in extremo sinu Myrmeces scopuli, oppidum Leuce in promontorio quod fuit insula, finisq; Ioniæ Phocæa.

Cap.XXXI. Elysia, Nymphalis, Mœris.) Lege: Lasia, Nymphais, Macris. Præter has citra Rhodum Cyclopis, Tergamon.) Verius: præter has circa Rhodū, Cyclopis, Teganon, posteriorem à similitudine patellæ dictam apparet. ac mox: Ciseruſſa, Therion, Archia.) Legendum Ciseruſſa, Therionarce, hæc inde dicta, quod in ea uenenatę bestiolæ obtorpescant. Argiæ numero uiginti Ethecusa.) Lego, & Hyetusſa: quasi dicas Pluuialis Cap.XXXII. In quo portus Azari.) Amyci non Azari. Is fuit Bebricum rex, pugil eximius, à Polluce in eo certamine uictus & occisus, cum Argonautas hospitio prohiberet.

EX LIBRO SEXTO. Cap. I

CAlpeq; Africæ auulsa multo maiora absorbuisse quàm reliquerit spatia.) Antiqui codices habent: tanto maiora: non, multo maiora. Cap.II. Carambis uadoso excursu.) Lege, uasto

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171286-p0718-4 DFG

tasto excursu.paulopost:colonia Sinope Pteria.Pteria redundat. Cap.III. Megapolin, Zelam.)Scribe: Magnopolin, Zelam.& in fine capitis:Sortira,Amasia,Comana:Lege adden/do:Sotira,Amasia.Comana,nunc manteum.hoc est oraculum.Testis est Strabo. Cap.IIII. Nunc manteum Genetarum,Chalybum.)In antiquis uoluminibus hoc caput sic incipit:Gen/tes,Genetarum,Chalybum.Mox est Pharnacea op.non Pharnace:& Pyxites flu.non Pysites.

Cap.VII. Iaxamatæ Medorum(ut ferunt)soboles,& ipsi in multa genera diuisi.) Legen/dum Sarmatæ.Nam Iaxamatarum gens non erat tam ampla,ut in multa genera diuidi posset,& mox subijcit,Primo Sauromatæ Gynæcocratumeni.Paulo post est: saltuosis conuallibus aspe/ras:non saxosis. Cap.IX. Adiabenen Tigris & montes in VII, M. p. cingunt.) Vera le ctio:Adiabenen Tigris & montium sinus cingunt. Cap.XV. Adiabenis connectũtur Cadurci quondam dicti,nunc Gordieni,præfluente Tigri,Hyspiratitæ Paredoni appellati.) Ve/teres codices:Adiabenis connectuntur Carduchi,nunc Cordueni,præfluente Tigri: his Pratitæ Paredoni appellati.Cadurci Galliæ sunt prouinciæ,non Parthorum regni.Et Carduchorũ appel lationem Macedones postea in mollius deflexerunt, Corduenos uocantes.Pratitarum mẽtio fit & 25.capite.Circa finem huius capitis legendum:stadia 15680.prodendo:non,procedendo.

Cap.XVI. Fertilitatis inclytæ locus Darieum mons,gentes Tapyri.Auariaci,) Lege & distingue sic:locus Darieum.mox gentes. Tapyri. Anariaci.aliquanto post est,auersa montis Pa/ropamissi:rectius quàm,aduersa.Item pro Demodamante Demonax dux: cuius nominis fuit & philosophus Luciani ætate non incelebris. Cap.XX. Pagungæ,Ialij.hi montiũ qui per petuo tractu oceani oram tenent incolæ.) Manuscripti codices.Pagungæ: iam hi montium &c. Elegans uero quod mox nescio quis XM elephantorum posuit pro X elephantis. Mutani super hos Caucaso subiecti,Soleadæ,Sondræ.) Lege Montani super hos. quibus enumeratis subijcit Taxilas iam in plana demisso tractu. Cap.XXII. Patrem Mabaciem commeasse eò.) In uetustis codicibus est: patrem Rachiæ com. eó. nam id fuit legato nomen. Scribam fefellit si/militudo literarum Cap.XXIII. Hæc regio est ex aduerso Bactrianorum.Deinde eius oppidum Alexandria.)Lege & distingue sic.Hæc regio est ex aduerso.Bactrianorum deinde,cu/ius oppidum Alexandria. Arianæ partim esse Dararin aliqui uolunt. Pro Dararin scribo Da/ritin. Circumuectus in mediterranea Persidis & Indiæ.)Ex India,non & Indiæ. Mille mili/bus pass. ab Alexandria abest oppidum Heliopolis.) Scribendum:duo M. p. Scriptum erat hoc modo.MM.id typographi uerterũt in mille milia.adeo nulla ratio habita est numerorum,perinde ac si minimum referat:deinde ex Iuliopoli fecerunt Heliopolim,quæ alibi sita est. Ibi regnat Pa/ridion.)Lego,Pandion. Aut Mechiris Aegypti intra diem sextum.) Lege addendo: aut utiq; Mechiris. Cap.XXVI Habet ipsa ab ortu Caspios.)Adde coniunctionẽ: Habet ergo ipsa. Antiochiam quæ à præfecto Mesopotamiæ Nicatore condita,Nicatoris uel Arbelis uo/catur.)Nostra exemplaria habẽt:Antiochiam quæ à præfecto Mesopotamiæ Nicanore condita, Arabis uocatur.Arabis cognominata est ad differentiã aliarum,ideo quod esset inter Arabas sita. Nicator uero regis est cognomen,non Præfecti nomen. Supra Siciclassi tria milia passuum,per quos Lycus &c,)Illic tantum legitur:Supra Silci,Classitæ,per quos Lycus &c.pauloq; post Go/bares,non Cobares. Feruntur ei plebes urbanæ DC. esse,)Et hic uitiatus est numerus.legendũ est:Ferunt ei plebis urbanæ DCM esse.alioqui male cohærent sequentes accusatiui situm & agrũ.

Cum Persæ quoq; schœnos & parasangas alia mensura determinent.) Lege addendo, alij alia mensura determinent.Sensus est,nõ debere cuiquam mirum uideri quod inter autores de spatijs earum regionum parum constet,cum apud ipsos Persas locorum indigenas alibi magis alibi mi/nus prolixæ sint parasangæ:quod idem apud Germanos quoque in miliarijs accidit.

Cap.XXVII. Alterum deinde transit lacũ,qui Tesbites appellatur.)Thospites nõ Tes/bites.aliquanto post est,Zagrus mons non Sagrus. Susianis ab oriente sunt Chosiei.) Addo unam dictionem:ab oriente proximi sunt.Sunt enim his ab oriente & aliæ gentes,sed nulla æque propinqua ac Chosiei. Circuit arcem Susarum ac Dianæ templum augustissimum cũ illis gen/tibus & ipse in magna ceremonia sit (Vetusta exemplaria.Circuit arcem Susorum ac Dianæ tem plum augustissimum illis gentibus,& ipse in magna ceremonia. Præter asylũ Persarum uenien tem ad unum ex Susianis oppidum. (Lege & distingue: præter asylum Persarum uenientem,& unum ex Susianis,uidelicet asylis.Oppidum iuxta eum Magoa. Pasiones Sogdonaci filius.) Pasines est in antiquis exemplaribus:& sic Græci geographi uocant πασίνε χάρακε.

Cap.XXVIII. Sueleni,Sarraceni,Arrareni.Oppidum in quo &c.)Scribendum:Suelleni, Sarraceni.Arra oppidum. Amyelome colonia Milesiorum.)Milesij colonijs suis,uel in barba/rissimas gentes deductis.greca tamen solebant imponere nomina,quemadmodum uidere licet in tot eorum colonijs per oram Ponticam dispersis.Proinde magis placet Ampelone,à uinetis,quæ appellatio est in manuscriptis exemplaribus,quàm Amyelome uox Græcis nihil significans.

Cap.XXIX. A Troglodytico uero.)à præpositio redundat. præcedit enim in fine pro

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171286-p0719-3 DFG

ximi capitis, Arabiæ latere, absque præpositione. Fuit & Cambiso.) Scribo Cābysu paterno casu & græca inflexione. Sic enim pleraq; in eo tractu oppida nominantur, κῴων πόλις, καμβύσου πόλις. Insulæ Stenæ diræ aliquot, Halonnenses non pauciores, Cardamin, Topazos.) Lego Halonesi non pauciores, Cardamine, Topazos. Et Stenæ diræ græcæ sunt uoces στενὰ δεῖραι: Insula ibi Cytis, topazium ferens. & ipsa ultra syluas, ubi Ptolemais.) Lege & distingue: topazium ferens & ipsa. ultra syluæ. ut intelligas non in sola Topazo insula gemmam ipsius cognominem inueniri. deinde Ptolemaidis cognomen non est Epitherias sed ἐπὶ θήρας, quemadmodum Antiochia ἐπὶ Δάφνης. Horarum sex consumuntur umbræ.) Non leue & hoc mendum. Castigauimus sic: hora sexta consumuntur umbræ, hoc est meridie, iuxta Romanam supputationem Insula Casitis.) Vetusta exēplaria, Colocasitis. Dictam apparet à prouēctu copioso colocasiæ Celetum testudinum.) Eadem exemplaria habent celtium: & sic Græci quoq; hoc genus uocant, κέλπον. Animal spingion.) Scribo, sphingion. Diminutiuum est à sphinge, & simiarum generis est hoc animal. Herbas circa Meroen demum uiridiores syluarumq; aliquid aperuisse rhinocerotum elephantorumq; uestigia.) Scio uerbum hoc aperire, interdum perquam elegāter dici de nauigantibus, maxime quoties oram aliquam sinuosam legunt: mihi tamen uidetur hic non habere locum. proinde malui & hic manuscripta sequi exemplaria. quæ hanc lectionem habent: Herbas circa Meroen demum uiridiores syluarumq; aliquid apparuisse, & rhinocerotū elephantorumq; uestigia. Aliam insulam tractu dextro subeuntibus alueo.) Legendum non tractu, sed Tatu. est enim genitiuus græcus. & insulæ nomen Τάτουνῆσος. & dextro, ad alueum refertur.

Delubrum Ammonis est ibi religiosum.) Melius legitur, & ibi. Dicit enim in Meroe quoque Ammonis delubrū esse, diuersum ab illo Libyco, in quo oracula reddebātur, & quod Alexander adijt Ammonem patrem, ut credi uolebat, salutaturus. Cap. XXX. Inde Paropas oppidū, Nauos, Modundæ, Mandadini, Secanduni, Colligati, Secandæ, Nauectabæ, Cumi, Agrospi, Aegipani, Candrogari, Arabum summorum.) Hic nostra exemplaria quę sequimur discrepāt à uulgatis editionibus, inter se uero cōsentiunt: ubi sic legitur. Inde per ripas oppida, Nauos, Modundam, Andatim, Setundum, Colligat, Secande, Nauectabe, Cumi, Agrospi, Aegipam, Candrogari, Arabam, Summaram. Per ripas dicit ideo, quia superius ex Bionis cōmentarijs relata, in insulis Nili sita sunt. Sunt autem appellationis barbaricæ, & accusatiuo casu posita. Meridiana parte imminens mari mons.) Illic legitur: à media eius parte im. m. m. Cap. XXXI.

Contra hoc promontorium Gorgones insulæ narrantur.) Lege Gorgades, quod est denominatiuum à Gorgon. Cap. XXXIII. Agrippa hoc idem interuallum à freto Gaditano ad sinum Persicum.) Legendum est, ad sinum Issicum. Cap. XXXIIII. Bessicam Thraciam, Mædiam.) Est quidem Mædia Thraciæ pars sicut & Bessica, magis tamen placet ita additum mediam, quemadmodum superius dixit Hispania media: itemq; septentrionalia Siciliæ, Narbonensis Galliæ exortiua: quod hæ proninciæ longe lateq; pateant, huc accedit quod in manuscriptis non est diphthongus. paulopost pro Galliam, Aquitaniā, lege coniunctim Galliam Aquitanicam. & uersu sequenti, in parte Venetiæ, non in partem.

EX LIBRO SEPTIMO. Cap. XI

SEd ubi paululum temporis inter duos conceptus intercessit, uterq; est perfectus.) Lege, uterq; perfertur. Cap. XVI. Quod alij Orionis, alij Etionis, fuisse tradunt.) Vetus lectio: quod alij Orionis, alij Oti fuisse arbitrantur. Hunc Otum tam uasto corpore tantisq; uiribus præditum fuisse poetæ narrant, ut socio Ephialte fratre, Martem ipsum ex insidijs aggredi sit ausus: hos Maro Aeneidos sexto Aloidas uocat. sequenti uersu illic legitur, monumentis creditur: non, traditur. & recte, mea sententia: quod hoc posterius ab historicis memoriæ proditum sit, non à poetis. Salamiam Euthimenis filium.) Scribo, Salamine. Quid enim attinebat nominare puerū? Sic mox: in filio, inquit Cornelij Taciti Cap. XVII. Id esse sparsis manibus.) Rectius est, passis manibus. Sequenti uersu hæc uox, quibusdam, priore loco redundat: neq; in nostris archetypis geminatur. Cap. XX. Obnixo contra nitentibus iumentis.) Lego, obnixus. ac mox: & ducenaria duo humeris: non, duobus. & sequenti uersu, quingenario thorace, nō quinquagenario. Cap. XXIII. Leænæ meretricis exemplum.) Exemplū redundat. Sequenti uersu est, Anaxarchi, non Anaxarchus. Cap. XXIIII. Sui uero nominis oblitus Messala Coruinus.) Et hic oblitus redundat. Cap. XXVI. Belloq; ciuili, quod omnia concutiebat externa.) Quid opus erat hic conciebat, mutare in concutiebat? quasi non recte dictum esset, externos hostes, Mithridatē aliosq;, intestinis Romanorū bellis excitos fuisse, ratos inuicto alioqui populo inferendi bellum nullum aliud tempus opportunius fore. Cap. XXVIII.

L. Sicinius Dentatus.) Siccium uocant manuscripti codices, atq; etiam Liuius & Dionysius Halicarnasseus. Ante xxij annos bina cœperat spolia.) Verior antiqua lectio: ante decimum septimū annum, nam ab hoc anno militaris ætas incipiebat. at hoc idem ante uigesimum secundū in tam insigni uiro mirum uideri non debuerat. Quas Trebia Ticinusq; aut Trasymenus ciuicas

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171286-p0720-4 DFG

uicas coronas dederet.) Coronas aliquis interpretans primo in ſpatio quod uerſus dirimit, adſcripſit: ea uox deinde in cõtextum irrepſit: alioqui elegantius ſubintelligitur, quẽadmodũ in laurea.

Cap. XXX. Ille ſemper alioquin exitiali appellans nomine uniuerſos ex Italia pellendos cenſuit Græcos.) hæc tria uerba, exitiali appellans nomine, nec in uetuſtis habentur exemplaribus, nec Plinium admodum ſapiunt, & alioqui etiam abſque eis integra eſt ſententia. Quibus de cauſis haud illibenter ea ommiſimus, maxime cum ſimilem ſuperuacanea uerbula infulciendi licentiã ſæpius & alibi, & in hoc ipſo capite deprehẽderimus. Quo potius quàm uniuerſi populi & illius gentis ampliſſimo teſtimonio, & in tota uita tua, & ad cõſulatum tantũ operibus electis.) Noſtrorum codicum lectio melior: quo potius quàm uniuerſi populi illius gentis ampliſſimi teſtimonio, & tota uita tua conſulatus tantum operibus electis. Roſcio theatralis ſeditionis autori leges ignouerunt, notatasq; ſedes ignominiæ diſcrimine æquo animo tulerunt.) Et hoc indidem reſtituimus ad hunc modum: Roſcio theatralis autori legis ignouerunt, notatasq; ſe diſcrimine ſedis æ. a. t. Cap. XXXVII. Cui ob meritum honores illos, quos Herculi, decreuit Græcia.) Senſus utcunq; manet, à uerbis Plinij diſceſſum eſt. Legendum: quod ob meritum honores illi, quos Herculi, decreuit Græcia. Ibidem Cleombrotus Ceus legitur, nõ Theombrotus hic medicus fuit, alter Ambraciotes patria, profeſſione philoſophus. Relato è funere homine & conſeruato.) Lego, ſeruato. Laudatus Cteſiphon.) Lege addendo: Laudatus eſt & Cteſiphon.

Cap. XXXIX. Sed hoc pretium belli non hominis fuit: tam Hercule, quàm libidinis non fortunæ Peronetomi ſpadonis, Seiano III. M. D. mercante à Sutorio Priſco.) Hic locus multum torſit eruditos, multa fruſtra diuinantes. Atqui expedire illos potuerãt ex hac difficultate exemplaria uetuſta: quæ nobis certe cum hic, tum alibi ſæpe egregie ſuccurrerunt. Ea ſic habent: tam Hercule, quàm libidinis non formæ, Pæzontem è ſpadonibus Seiani III. M. D. mercante Sutorio Priſco. Nomen conuenit homini probroſo, quale eſt Comazon, quem Heliogabalus Imp. in delicijs habitum ad conſulatum uſq; euexit, Porrò participia interdum uerti in propria nomina, nouum uideri nõ debet, cum etiã paſſiua forma quædam in hoc genere reperiantur. ut Sozomenus. is fuit eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſcriptor. Cap. XL. Numerus dierum cõputatur, ubi quærit ur pondus.) Non erat mutanda uetus lectio: numerus dierum comparatur: hoc eſt, numeri dierum felicium infeliciumq; inter ſe conferuntur, uter maior ſit. Cap. XLI. Lampido Lacedæmonia refertur.) Reperitur melius, cẽſq; refertur. Et Ambuſti filius Rullianus eſt non Rutilianus, in Liuianis æque ac Plinianis uetuſtis exemplaribus Cap. XLIII. Sed accuſatus, atq; de iure uirgarũ in iudicũ conſiliũ miſſus.) Plenior ac planior eſt antiqua lectio: ſed accuſatus, atq; de iure uirgarum in eũ, iudicũ in cõſiliũ miſſus. Neq; em̃ in omnes paſſim ius uirgarum magiſtratus habebat, ſed in tergum ciuis Ro. nihil illi licebat. paulopoſt legendũ ſupremo ſomnio, nõ ſomno.

Cap. XLIIII. Quod ſupereſt, neſcio maior gloriæ an indignationi dolor accedat, inter tot Metellos tam ſceleratã Catinij audaciã ſemper fuiſſe inultã.) Codices antiqui habẽt: neſcio morũ gloriæ an indignationis dolori accedat. Subindicat Plinius, maiorem ulciſcendi libidinẽ ætate ſua regnaſſe, cẽſq; Metellorũ de quibus loquitur tẽpore, cum mores P. R. adhuc minus corrupti eſſent.

Cap. XLV. Proſcriptionis inuidia in collegam.) In collegam redundat. Sollicitudo martis Actiaci Pannonicique belli, ruinæ pontis.) In exemplaribus noſtris cõſtanter legitur: ſollicitudo martis Actiaci, Pannonici belli ruina è turri. Videtur aliquis data opera lectionẽ mutaſſe ex Trãquillo. Hærede hoſtis ſui non ſuo filio exceſſit.) Nihil opus erat addere duas uoces: ſatis plena erat uetus lectio, nempe hæc: hærede hoſtis ſui filio exceſſit. Sed hic quoq; gloſſula interpretis irrepſit in contextum Cap. L. Hebeſcunt ſenſus, membra torquentur.) Torpent, non torquentur. Cap. LII. Nam Cælium Tuberonem.) Scribo C. Aelium Tuberonem. Tuberonum enim familia Aeliæ gentis eſt. mox eſt Hermotimus nõ Hermotinus. Se enim ab inferis remiſſum, habereq; quod nunciaret.) Vetus, habere quæ nunciaret. Cap. LIII. Duo Cæſares, prætor & prætura populi Ro. functus.) Legendum, prætor & prætura perfunctus. Cum populo admodum placuiſſet.) Adde is, Is cum p. a. p. Cap. LIIII. Et tamen multifarie priſcos ſeruauere ritus: ſicut in Cornelia domo nemo ante Syllã dictatorem traditur eſſe crematus.) Lege: Et tamẽ multæ familiæ priſcos ſeruauere ritus: ſicut in Cornelia nemo ante Syllã dictatorẽ traditur crematus. Cap. LVI. Vtiq; in Græciã attuliſſe è Phœnice Cadmũ XVI numero.) Legẽdũ, intuliſſe. Hic neſcio quis ſubiecit latina elementa, cũ Pli. de græcis literis loquatur. quare ſuſtulimus ea: nec enim ſunt in archetypis. Doxius Cælij filius.) Cæli, non Cœlij. Phœnices, ut Theophraſtus.) Tirynthij non Phœnices, teſte Pauſania. paulopoſt eſt Aeacus inuentor argenti, non Ceacus. Bouẽ & aratrum Briges Athenienſis.) Scribo, Buzyges. ex re nomen habet. Cithara ẹdita carmina compoſuit Terpander.) Lege Citharœdica car. Proſaicam orationẽ.) Apage proſaicam: Scribo, proſam orationem. Cap. LX. Naſica collega Lanati.) Lænatis legi debet.

EX LIBRO OCTAVO. Cap. I

QVippe intellectus illis ſermonis patrij, & in primis obedientia.) Rectius legitur in manuſcriptis, & imperiorũ obediẽtia. Indicis Arabici minores.) Veteres codices: Indis arãt minores

fiores. Supra quoq; libri sexti cap.19. de elephantorum apud Indos usu dixit: Iis arant, ijs inuehuntur. Adhoc cap. huius lib. II. docens ubi nascantur, Arabiæ non meminit. Cap. II. Lecticas etiam ferentes quaterni singulas, puerperas imitantes.) Nec lecticæ puerperas imitabantur nec elephanti lecticarij. qua propter sic scripsimus: lecticis etiam ferentes quaterni singulos, puerperas imitantes. Cap. III. Circa hos belli cura summa.) Veteres rectius: circa hos beluis summa cura. Cap. VII. Et illum dimitti pactus si interemisset. Solus ergo in harena congressus, magno Pœnorum dolore cōfecit.) Scribo ex fide nostrorum exemplarium: & ille, dimitti pactus si interemisset, solus in harena congressus, m. p. d. c. Et non longe à fine huius capitis: pari equitum ex aduerso dimicante: non è diuerso. Cap. VIII. Antea domitandi gratia greges, equitatu cogebant in conuallem.) Distinguendum: domitandi gratia, greges equ. co.

Cap. XV. Cuius contactus sequentes, ut ignis aliquis, comburat.) Nimium est, comburat. amburat, satis erat. Cap. XVI. Non tanq; periculo coactus, sed tanq; amentia iratus.) Amentiæ, legi debet. Velut deputans absconsione turpitudinem.) Noua elegantia, dignior tamen Apuleianis istis quàm Plinio. Simplicior est uetus lectio: uelut abscondente turpitudinem loco. Leonum simul pugnam plurium.) Turbatus est ordo: restituimus sic. Leonum simul plurium pugnam. Non sine ostento quodam, tempore illo generosos spiritus iugum subire prodigio significante.) Et hic ueram lectionem cōmonstrant archetypa, nempe hanc: non sine ostento quodam temporum, generosos spiritus iugum subire illo prodigio significante. Quod ab eo factum Græci σωτῆρος, id est, saluatoris templum Dionysij appellauere.) Antiqui codices: quod ab eo facto Græci κεχηνότος Διονύσου appellauere. ab ea facto scilicet ab hiatu leonis. Cap. XXI.

Nec flexu multiplici, nec ut reliquæ, corpus impellit.) Posterius nec redundat. Interficiunt eos, cauernis facile cognitis sola tabe. necant illi simul odore, moriunturq;.) Verba quæ proximo uersu præcedunt, faciunt ut magis probem ueterem lectionem, uidelicet hæc: sæpe enim enectum concupiuere reges uidere, proinde sic lego: Inijciunt eas cauernis, facile cognitis sola tabe. necant illæ simul odore, moriunturq;, Inijciūt eas, mustelas scilicet, regiæ cupiditatis mercenarij ministri. alioqui mihi non fit uerisimile, mustelam esse adeo nocendi auidam, ut ultró latebras basilisci perueſtiget, & uel cum certa sua pernicie tam dirum monstrum lacessere non dubitet. Non dissimile est quod de uiuerris in cuniculorum uenatu narrat infra cap. 55. Inijciūt eas, inquit, in specus, qui sunt multifores in terra Cap. XXII. Itaq; Copas qui olympionicas scripsit.) Antiqui codices, Agriopas. Nomen est Doricum, quale Gorgopas. Et in lupum se conuertisse.) Conuertisse dixit, pro conuersum esse. itaq; se redundat. Sic uertere quoq; sæpe est apud Liuium reperire: id consilium in caput autoris uertit: & similes locutiones. Sequitur: Eundem X anno restitutum, athletice restitisse in pugilatu, uictoremq; uictoria olympia reuersum. Vetus potior: eundem decimo anno restitutū athleticæ, certasse in pugilatu, uictoremq; olympia reuersum. Sic Horatius: Magna coronari quis uictor olympia. & athleticæ est ἀθλητικῆ, sicut arithmeticen dicimus.

Cap. XXIII. Nec pedibus pauendas tantum serpētes.) Restitue luxatum ordinem. Nec pedibus tantum. Eosq; non in fronte aut ex aduerso cernere.) aut redundat. Cap. XXVII. laculando ea petendoq; deficiat.) Quanto melior antiqua lectio: iaculando se appetendoq; deficiat. Cap. XXX. Alternis annis esse marem, alternis fœminam fieri.) Germana lectio: alternis annis mares alternis fœminas fieri. Cap. XXXI. Theophrastus autor est, angues eo modo & stelliones senectutem exuere, eamq; protinus deuorare.) Quo nam referendum est illud, eo modo: nihil enim præcedit, quò referri possit. & exuuias deuorari, ut de stellionibus uerum esse ipse Plinius lib. 30. cap. 10. testatur, ita de anguibus manifestò falsum est, cum eæ passim reperiantur. Legendū itaq; anguis modo: non, angues eo modo. Eosdē pestiferos ferunt in Græcia, innocuos esse in Sicilia.) Hoc quoq; sicut id quod præcedit, ex autoritate Theophrasti refertur. Quid igitur attinebat ueterem lectionem mutare? Eosdem pestiferi morsus in Græcia, innoxios esse in Sicilia Cap. XXXII. A partu duas habent herbas, quæ aros & seselis appellantur: pastæ redeunt ad fœtum: illos imbui lactis primo nolunt succo.) Cur illos potius quàm illum? Sed longe aliter scripsit Plinius: illis imbui lactis primos uolūt succos. illis, uidelicet aro & seseli, quod intelligant eis occultā quandam uim inesse, fœtui suo salubrem. Cap. XXXVI.

Sæpe in harena colaphis inflictis exanimantur.) Rursus data opera uitiata lectio. Opinor parum latinum doctulis istis uidebatur, infracto colapho exanimātur. ò industriā colapho dignam.

Arborem auersi diripiunt.) Bellum & hoc, sed quis unq; id uidit saltem scriptum aut pictum? Legendum igitur quemadmodum habent magno consensu uetusti codices: arborem auersi derepunt: hoc est nō proni, sed posterioribus primum pedibus, anterioribus interim molem corporis sustentantes ne ruant: id quod notum est omnibus, qui modo uel semel ursum ab arbore descendentem uiderunt. atq; in hoc quoq; hominem imitantur, præter morē quadrupedū. quam ob rem pulchre cohæret cum eo quod proxime præcedit: Ingrediuntur & bipedes. Cap. XXXVII.

Sunt his pares & in Aegypto: similiter, resident in clunes.) Lege similiterq; residunt in clunes. Aliquanto post, maleficio eo, aliquis de industria mutauit in maleficio illo, nimirum quo minus

esset

esset uocalium. Grande ūero operæ pretiū. Cap. XXXVIII. Sufflata cute distentæ ictus hominum & morsus canū arcent.) Manente sensu, uerba tantūmodo mutata sunt. Sed quid opus erat? Nostri codices habent, sufflatæ cutis distentu. Cap. XXXIX. Vel annua fame edurant.) Rectius, durant. Scriba dormitans e literam geminauit. Cap. XL. Canes defendere Cimbros cæsis dominis eorum plaustris impositi) Legendū, Canes defendere Cimbris cęsis domus eorū plaustris impositas. Cui nomē Hyrcani reddidit Durides.) Duris lege quemadmodū primo libro in catalogo. Samius is fuit, Alexandri rerū scriptor. Et reginā Bithyniæ Cōsingin uocant ueteres codices, nō Consygnen. Scrutatur uestigia atq; persequitur, comitantē ad feram inquisitorē loro retrahens. quamuis aquā transiliens se occultasset, quàm significans demonstratio est, cauda primū deinde rostro.) Hæc oratio media sui parte male sarta est. Cōsulamus archetypa. Illic reperio sic scriptū. Scrutatur uestigia atq; persequitur, comitantem ad ferā inquisitorem loro trahens: qua uisa, quàm silens & occulta, cū sig.dem. &c. qua scilicet fera à cane uisa. Vides nimirū lector, quantum intersit. Cap XLII. In fine capitis legendū: præterq; uesicæ conuersio: nō, præterq;. est enim is morbus iumentorum proprius non hominum. Simile mendū & alibi aliquoties in hoc autore occurrit. Cap. XLIII. Notum est, in Celtiberia singulas quadragenis milibus nummorum emi.) Lege, quadragenis millibus enixas. cum enim dixisset, quæstus ex ijs opima prædia exsuperare, qui ferè ex fœtura solet fieri uberrimus, hoc subiecit exemplum.

Cap. XLV. Sunt autores, ipsa complente decimum mensem duos parere, nunc raro geminos.) Hæc lectio nihili est, Plinius longe aliud scripsit. Sunt autores, ipso complente decimū mensem die parere. Gignunt raro geminos. Cap. XLVIII. Hispania nigri uelleris præcipuas habet: Polentia iuxta alpes, Canusia rutili, quas Erythras uocāt: item Bætica ut Canusiū: furuas Tarētum ac pulliginis suæ, & succidis omnibus usus medicatum.) Facile agnoscas & hic eundem castigatorem. Sincera lectio est hæc. Hispania nigri uelleris præcipuas habet: Polentia iuxta alpes cani: Asia rutili, quas Erythreas uocant: item Bætica: Canusium fului, Tarentum & suæ pulliginis. Succidis omnibus usus medicatus. Quippe ahenis coquentium extractæ, indumentis usu ueniunt.) Et hinc se explicare nequiuerunt, etiam doctissimi uiri. Vetus ac sincera lectio: quippe ahenis polientium extracta, in tomenti usum ueniunt. Loquitur de lanarum purgamentis. est autem tomentum, culcitræ fartum. Martialis: Culcitra tomento quàm uiduata suo. & de tomento non de indumento accipiendum, alioqui satis indicant quæ sequūtur: Antiquis enim torus è stramento erat. Sicut uillosa, & etiam uentralia,) Coniunctio & superfluit. In templo M. Anci durasse.) Quid sibi uult hic M. Anci templum? aut quisnam fuit iste suppositicius M. Ancus? Certo scio in Ro. historia neminē hominum aut deorum esse hoc nomine. Dicet aliquis, de Anco Marcio accipiendum. at ex omni regum Ro. numero solum Romulum consecratū legimus. Sed quid ego his lectorem remoror, cum in promptu sit in archetypis uerum nomen: in templo Sangi. Equidem demiror quod hic Sangus tantopere ignotus fuerit recentioribus grāmaticis ut etiam in Liuiana historia uno atq; altero loco in Ianum sit demutatus. & est quidem unius numinis utrunque nomen, sed hæc Romana appellatio est, illa altera Sabina. Vehementer suspicor pro talibus castigationibus Alerienſi nos malam gratiam debere: nam huius primi opera typographi Ro. sunt usi. Vndulata uestis primo lautissimis fuit.) Lege, è lautissimis. ac mox: Acu facere Idæi Phryges inuenerunt. Quid significat acu facere, latine scientibus? Lego: Acu facere id (hoc est pingere: nam pictæ uestis mentio præcessit) Phryges inuenerunt. Et sic habent antiqua exemplaria. Cap. L. Mares quàm maxime simos, longis auriculis, infractisq; armis quàm uillosissimos probant.) Lege & distingue: Mares quammaxime simos, lōgis auribus infractisq;, armis quàm uillosissimis, probant. Cap. LIIII. Mira solertia, uisco inungunt oculos, calcearicq; imitatiōe uenantium tradunt.) Vetusti codices: uisco inungi, laqueisq; calceari. nam utroque modo capiuntur. Sequenti uersu Cornelius superflue adiectus est. nam & hoc ex autoritate Mutiani narrat, quod nescio quis ad Cornelium autorem retulit. alioqui cum duo sint in indice Cornelij, Valerianus & Celsus, Plinius cognomen adiecisset. Item sequenti lege, nouā exultatione adorare, non noua exultationem adoriri. Cap. LV. Vltima huius capitis dictio dilabidas est, non labili. Cap. LVI Damæ mansuescunt raro, cum feræ iure dici non possint.) Cum Plinius hic perquam elegantem transitionem faciat ad reliqua animantia, ut uidere licet in manuscriptis, hoc modo: Hi (nempe lepores) mansuescunt raro, cum feri dici iure non possint. Complura nanq; sunt nec placida nec fera &c. demiror quibus intemperijs agitatus deprauator lectionem mutandam putarit, ac damas hic inserendas, quamuis iam ante in alio genere recensitas, nec hic ullo modo quadrantes. Et quasi hoc parum esset, titulum quoq; quē Plinius fecit De semiferis, ipse uertit De damis. Sic nobis hic uere literarius porcus bonos autores castigat. Et talia dissimulāter transilit Hermolaus, dum Aristotelē, dum Theophrastū, dum id genus alios consulit, dum Ro. editionem cum Veneta confert, non paucis locis utranq; ex ęquo uitiatā, securus interim quid in ipsis Plinianis habeatur archetypis, quod tamen in primis curandum erat quod non illius insectandi causa dictum accipi uelim, cui perpauci in literis conferri possunt, præferri

fortassis

fortaſſis nemo:ſed ut appareat,hanc uiam ſuccurrendi ueterum monumentis,quam nos ingredimur,eſſe longe certiſſimam,ſi modo uiri docti negocium id qua par eſt cura ac religione tractandum ſuſcipere non grauentur. Cap.LVII. Quos cenſoriæ legis principes, Q. Scaurus & M.in conſulatu non alio modo cœnis ademere quàm conchylia.) Vbi nam legitur iſtuc conſulum par:imò ubi Q. Scaurus & deinde ubi ſic loquuntur latini ſcriptores, Q. Scaurus & M. & non potius,Q.& M.Scauri:Fatendum eſt & hic corruptam eſſe lectionẽ.Integra ſic habet: quos cenſoriæ leges,princepsq; M.Scaurus in conſulatu:hoc eſt cenſores,& ante eos Scaurus conſul, cœ.ad.Sic enim dictum eſt hic princeps,quomodo apud Poetam:Princeps ærata Tarchon ſecat æquora prora,id eſt,primus.Librarij fere non aliter ſcribebant que,coniunctionem quàm primæ literæ puncto poſtpoſito.id lector imperitus prænomen putauit:unde depraua ndi occaſio.

EX LIBRO NONO. Cap. VIII.

DElphinus non tantum hominis amicum animal,uerum & muſica arte mulcetur ſymphonię cantu.) Rectius:non homini tantum amicum animal uerum & muſicæ arti,m.ſ.c. Ex hominum manibus ueſcens,ferensq; ſe tractandum.) Lege,præbẽsq; ſe tractandũ.Paulo poſt Ampilochi ſcribendum,non Ampilochij, ἀμφίλοχοι. Sunt autem in Epiro. Cap.XIII.

Ipſis in ſomno mugitus,unde nomen uituli accipiũt. Tenent diſciplinam.) Lege & diſtingue: unde nomen uituli. Accipiunt tamen diſciplinam. Cap. XV. Silurus graſſatur ubicunq; eſt omne animal appetens,equos innatantes ſæpe demergẽs,pręcipue in Mœno Germaniæ amne pro Lisboum & in Danubio. Mari extrahitur porculo marino ſimillimus.) Hoc loco nominatim recenſentur piſces magnitudine inſignes,non marini,ſed fluuiorum, Nili,Rheni,Padi,Danubij,Boriſthenis,Gangis.horum medio catalogo non ſatis apte inſeritur marinus quidã piſcis innominatus.ſequenda igitur antiquorum codicum lectio, ut poſt Lisboum nouæ orationis initium faciamus. Et in Danubio mario extrahitur,porculo marino ſimillimus. Is uulgo Italorũ etiam nunc ſemilatino nomine moro appellatur,ob ſalſamẽta illis notus,guſtu aſpectuq; porcinam ſalitam nonnihil referẽtia,Germanis barbarico uocabulo Huſio dictus. Cap. XVI. Sunt & piſcibus præſtita in hac parte auguria.) Noſtri codices melius:Sunt & in hac parte naturæ auguria,ſunt & piſcibus præſcita. Cap.XVII. Inde aduectos Tib.Claudio principe Optatus Elipertius præf.claſſis,inter Oſtienſem & Campaniæ oram ſparſos diſſeminauit.)Lego: Optatus è libertis,ſcilicet ipſius principis. notum eſt autem ex Tranquillo & Tacito quanta fuerint potentia liberti Cæſarum. Cap.XVIII. His aquam acceptam ore remittunt.)Quiſquis hic ordinem mutauit,fecit ſermonem ἀμφίβολον, Vetus ordo eſt hic:his aquam emittunt, acceptã ore. Cap.XIX. Miratur Arcadia ſuum exocœtum.)Deeſt coniunctio &.Commemorato enim Verbani & Larij piſcium miraculo,ſubijcit,Miratur & Arcadia. Cap.XXVII

Item miluus ſubit in ſumma maria.)Has uoces,item miluus,adiunximus fini præcedentis capitis,quas inde reſectas neſcio quis hic non ſuo loco aſſuit. Attollit cornua è mari ſeſquipedalia fere,cornuta,quæ ab his nomen traxit.)Diuerſa lectio antiquior,quam ſecuti ſumus: Attollit è mari ſeſquipedanea ferè cornua,quæ ab his nomen traxit.ut periphraſi utatur,de uulgo nota loquens.alioqui ſuperuacaneum uideri poteſt,de etymologia admonere in re tam clara. Si quis tamen illam alteram lectionem mauult,fruatur. Cap.XXIX. Terreni maiores quàm pelagici.)Lege,pelagij, πελάγιοι. Sic Græci lõge à littoribus diſſita uocant: noſtri πέλαγος, altum. In fine capitis liburnicarum ludẽs imagine ſcribendum ex fide archetyporum, pro liburnicarum gaudens imagine. Cap.XXX. Simulq; eam deſcendere in duo ſenſu carentia, niſi forte triſti.Id enim ubi conſtat rumore nauigantium humana calamitas in cauſa eſt,) Antiquior lectio:niſi forte triſti(id enim conſtat)omine nauigantium,humana calamitas in cauſa eſt.

Cap.XXXIII. Nauigant ex his neritæ, præbentesq; concauam ſibi partem,& alteram auræ opponentes,per ſumma æquorum uelificant.)Primum rectius legitur ueneriæ. Sunt enim conchænon gratæ modo Veneri,ſed etiam cognatæ, ob cõmunem è mari originem: celebrisq; eſt eius deæ effigies,concham,atq; haud ſcio an ex hoc ipſo genere,pede premens. deinde mirum quod non concauam partem auræ præbeat concha, ſed diuerſam, cum concaua ſit uelificationi aptior.Sequenda igitur & hic uetera exemplaria.Nauigant ex his ueneriæ,prebentesq; concauã ſui partem & auræ opponentes, p. ſ. æ. u. Caſtigator non intelligens quid Latinis ſignificet præbere ſe & hunc locum corrupit,& ſupra præbens ſe tractandũ,in ferens ſe tract.deprauauit,quẽadmodum illic annotauimus. Cap.XXXV. Animæ hominis periculo quæſita maxime placent.) Idem caſtigator nec hic ſenſit quæſita poſitum pro acquiſita. proinde uitiauit ueterem lectionem: anima hominis quæſita m.p. ac mox: E tantis ſolis ardoribus,atque Indicis quoq; inſulis petunt,& admodum paucis.)Sincera lectio: atq; Indis quoq; in inſulas petuntur, & admodum paucas.Nec aliter ferè Plinius hoc uerbo utitur,quamuis ubiq; ſtudium fuit literatori neſcio cui ſyntaxin temere mutare. Speciem uero inani inflatam.) Vetus lectio, ſpeciem modo inani inflatam,modo,id eſt,tantũmodo,frequẽs apud hunc ſcriptorem. Præcipuũ cuſto

diuna

diunt,pelago altius merſæ,quàm ut penetrent radij.) Tu ſcribe:quare præcipuum cuſtodiũt pelagiæ,altius merſæ quàm ut penetrent radij. De pelagijs piſcibus ſupra monui. Nam apud Græcos non eſt,nec apud barbaros inuentores eius aliud q̃ margaritæ.) Lege addendo: Nam apud Græcos id non eſt,ne apud barbaros quidem inuentores eius aliud quam margaritæ. mox eſt, ſquamas aſſimulat:non aſſimilat,quod Gallicũ idioma ſapit. Enormes & feri coloriſq̃ marmorei.) Vetus lectio:enormes ferè c.q̃.m. Lauticiam eius omnem apparatumq̃ detrectans.) Imò obtrectans. Gerebatq̃ auribus tum maxime.)Scribe: Gerebat cum maxime.In primis elegans locutio,ſed perſæpe apud bonos autores ſcribarum uel oſcitantia uel peruerſitate mutata. Vnionès conuiuis ad ſorbendum dedit.)Melius abſorbendos dedit. Cap.XXXVI. Fraudatam ſe protinus luxuria credat,nos indiligentiæ damnet.) Magis placet uetus lectio: fraudatam profecto ſe luxuria credat,nosq̃ indiligentiæ damnet. Cap.XXXVII. Capiuntur autem purpuræ paruulis rariſq̃ conchis textu,ueluti naſſis in alto iactis. Ineſt iis eſca cluſiles mordacesq̃ concharum,quales uidemus has ſemineces,ſed redditas mari auido hiatu reuiuiſcentes. appetunt eas purpuræ.)Et hic locus peſſime eſt à caſtigatoribus acceptus. Deprauationibus ſingillatim cõmonſtrandis prolixior eſſe nolo:collatio eas ſatis indicabit.Scribi debet iuxta fidem archetyporum ſic:Capiuntur autem purpuræ paruulis rariſq̃ textu ueluti naſſis in alto iactis.Ineſt iis eſca,cluſiles mordacesq̃ conchæ,ceu mitulos uidemus.has ſemineces,ſed redditas mari auido hiatu reuiuiſcentes appetunt purpuræ. Cap.XXXIX. In conchyliata ueſte cætera eadem ſine buccino,præterq̃ius temperaturæ. Aeque pro indiuiſo humani potus excremento dimidia & medicamina addunt.) Hæc perobſcura ſunt, nec mirum cum ſint deprauata.Legendũ: præterq̃ ius temperatur aqua pro inuiſo humani potus excremento:dimidia & medicamina addũtur. Hoc eſt,præterq̃ quod buccinũ detrahitur,etiam hoc intereſt,quod hic ius pro lotio aqua temperatur,& ex medicaminibus dimidiũ inditur eius,quod in purpuræ tinctura indi ſolet.Præter Plinius utitur pro præterea.id ubiq̃ fefellit caſtigatorem,qui exceptionem eſſe putabat.

Cap.XL. Sed alia ſunt,nec habent finem uitia:iuuatq̃ ludere impendio,& luſus geminare miſcẽdo iterum,& ipſa adulterare adulteria naturæ.)Sincerior lectio:Sed alia ſunt è fine initia: quod pulchre quadrat cum his uerbis, luſus geminare miſcendo iterum. Cap.LI. Plani piſcium quibus cauda non obeſt aculeiq̃,ut teſtudines & raiæ, in coitu ſuperueniunt.) Ita ne teſtudines inter planos piſces numerantur? Rectius:Plani piſcium quibus cauda nõ eſt,aculeatiq̃, ut teſtudines in coitu ſuperueniunt,id eſt,teſtudinum modo. Spari,torpedo,ſquali.) Sargi,nõ ſpari.Circa finem capitis eſt coaleſcit uulnus,non calleſcit. Cap.LVII. In cauernis aquas hebetes remanere.) Vetus lectio,in cauernis aquas habentibus remanere.

EX LIBRO DECIMO. Cap. III

INgenitum eſt ei,teſtudines raptas frangere.) Legendum: ingenium eſt ei,id eſt,natura. Quarti generis eſt percnopterus,eadem moratur per lacus.) Vetuſta exemplaria: percnopterus,eadem oripelargus.Sequẽti uerſu:ut quam uerberet coruus:nihil erat neceſſe mutare in, utpote quam. Cap.VIII. Traditũ eſt,miſſas in ſublime ibi excipere eos.)Melius,miſſas in ſublime ſibi. Cap.IX. Ac rictu columbis potius.) Vetus lectio:ac uictu colũbi potius:ut intelligamus eam & leguminibus ueſci præter reliquorũ accipitrũ morẽ. ad hoc rictum uix puto inueniri de ullis auibus,nedum de columbis. Cap.XIX. Vncos ungues habẽtes omnino non congregantur,& ſibi quoq̃ prædantur.)Lege:& ſibi quæq̃ prædantur. Cap.XXII. Scipio an Metellus uir conſularis,ac M.Sextius.)Prius an ſuperfluit.Is Scipio Metellus Pompeij Magni ſocer fuiſſe fertur. Cap.XXVIII. Et Cyrenaici Achorem.)Legendum,& Elei Myiagron.Atteſtatur noſtris exemplaribus & Pauſanias.ibidem,qua litatum eſt illi die,non poſtquam litatum eſt illi deo. Cap.XXXIII. Madefactum multa aqua pennis puluerẽ ſpargunt.)Lege madefactæ multa aqua. In genere item ripariarum eſt.) Antiqua lectio: In genere parrarum eſt.Parrarum & Horatius meminit,tanq̃ inauſpicatarum Impios parræ recinẽtis omen Ducat. Eadem iam pauore libera,ac materna uocante cura.)Rectius: Eadem in pauore libera ac materna uacãs cura.Non enim narrat quid perdix facere ſoleat abducto per dolũ à nidis aucupe,(nam tunc uolatu ſe proripit)ſed quo ingenio aduerſus illũ alioqui utatur, cum aut non habet pullos,aut longe alio loco habet. Cap.XL. Caprimulgi appellantur grandiores merulæ aſpectu.)Lege grandioris.Hæc minutiora pigeret annotare, niſi animaduertiſſem omnibus inoleuiſſe editionibus Cap.XLII. Super omnia humanas uoces reddunt pſittaci, & quidem ſermocinantes.India auem hanc mittit,Pſittacem uocant.) Legendũ, pſittaci quidem etiam ſermocinantes.nam hæc uerba,ſuper omnia humanas uoces reddunt,ad præcedentia referuntur.præterea legendum,ſittacen uocat.& ita adhuc nonnullis barbaris nominatur.nam quod ad terminationes attinet,altera græca eſt,latina altera,neutra barbara. Vltimorum hoc capite uerborũ uera lectio eſt,ac cibis blandiente,non ad ciues.ſenſus eſt apertus. Quin & proxime ſequentis cap.extrema uerba deprauate leguntur:quæ poturo ſufficeret:pro,quantum poturo ſuff.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171286-p0725-3 DFG

Cap.XLIX. Venerunt in Italiam Bebriacenses bellis ciuilibus trans Padum externæ & nouæ aues(ita enim ad huc uocantur)turdorum specie.)Quibus nam bellis ciuilibus?nam plura fuerunt diuersis temporibus.Deinde si Bebriacenses uocabantur, uerba per parenthesim interiecta,post hanc uocem Bebriacenses statim subijci debuerāt. Præclare adiuuerunt hic quoq; nostra exemplaria,ubi sic legitur. Venere in Italiā Bebriacensibus bellis ciuilibus trans Padum & nouæ aues(ita enim ad huc uocantur)turdorum specie,&c.Loquitur de bello ciuili Otoniano,quod ob cladem ad Bebriacum Galliæ Cisalpinæ oppidum acceptam, Bebriacense nominat. & externæ uerbum est superuacaneum,inscitia castigatoris adiectum.is quisquis fuit, nō sentiens & pro etiā dictum,putauit aliquid deesse.Cæterum aues ipsæ nouæ appellatæ sunt cum recens aduenissent, ac deinde ea appellatio mansit,etiam post multos annos ab earum aduentu: id quod satis indicare poterat uel titulus capitis,De nouis ausbus.Sic enim & hic & in primo libro constanter habetur in manuscrip.uolumini. Cap.L. Gallinaceos quoq; pascendi lacte addito cibis.)Non multum fortasse refert,attamen antiqua scriptura est,lacte madidis cibis. Cap.LV. Liuia Augusta.) Vetus lectio,Iulia Augusta. Nec erat mutanda. nam tametsi hæc ipsa gentilicio nomine Liuia primum dicta est,tamen iam natu grandior, ut marito tam honorifica appellatione æquaretur,Augusta consalutata, & peræque honoris gratia in gentē Iuliā assita, Iulia Augusta uocari cœpit,relicto priore nomine. quemadmodum ex Tacito discere licet. Nec aliter legitur in omnibus emendatis autorum monumentis,duntaxat quoties Augustę cognomen additur.

Cap.LX. Nec aliàs in pluribus tanta fœcunditas,maior tamen paruis.)Legendum: nec alia plures .s. parit quàm melancoryphus. Tanto fœcunditas maior paruis. Cap.LXI.

Cui membrana ceu pennæ.)Melius,cui & membranaceæ pinnæ uni. Cap.LXIII.

Vicisse Olympia prægnantem equam Hecratidis Thessali inuenimus.)Scribo,prægnantē Echecratidis. Cap.LXIIII. Ex omnibus quæ perfectos fœtus, uel tantos & innumerosos ædunt.)Lege:Ex omnibus quæ perfectos fœtus,sues tantum & numerosos ædunt.

Cap.LXX. Qui ob id coguntur in nassas.)Lege,quæ ideo conijciuntur in nassas.

Cap.LXXIII. Orygem perpetuo sitientem Africa generat,ex natura loci potu carentem cum mirabili modo ad remedia sitientium.)Germana lectio: Orygem perpetuo sitientia Africæ generant,& natura loci potu carentem,mirabili modo ad rem.sit.Sequenti uersu ubi legitur,saluberrimi liquoris haustu uesicis:dele haustu. Cap.LXXIIII. Vulpes & milui: angues & mustelæ & sues.)Codices antiqui melius. Vulpes & Nili angues:mustelæ & sues.Componit enim animalium paria inter se dissidentium. De aspide miraculum à Philarcho traditur:Is enim autor est,&c.)Vetus lectio:De Aspide miraculum Philarcho reddatur, Vult enim Plinius fidem rei quam narrat penes autorem Philarchum esse.Id cum non intelligeret castigator,homo crassæ Mineruæ,more suo castigauit,hoc est,mutauit in deterius.

EX LIBRO VNDECIMO Cap. VII

NIgra crusta est prima,saporis amari.)Lege, Comosis crusta est prima. Explanat enim has uoces,comosin,pissoceron,propolin.ac primo comosin. Cap.X Apprehensis ponduſculo lapillis se librant.)Melius,apprehensi ponduſculo lapilli se librant. Cap XI. Fucus ademptis alis in alueum traiectus.)Scribo,reiectus. Cap.XII. Itaque cum prima.) Lego pro cum,tum,hoc est,uirgiliarum exortu. Cap.XIII. Qua feruoris ipsius spuma concrescit.) Scribe quæ,uidelicet membrana. nam si spuma nominatiuus non ablatiuus esset,in quam dixisset,potius quàm qua. Cap. XIIII. Contra copia ignauiam affert. Maciem melle non erithace pascunt.) Non leue erratum.Lege,ac iam melle non erithace pascuntur: ut sit sensus,si copia mellis adsit, fastidiri erithacen in cibo ab apibus. Et mox error errorem peperit. Quia deprauato,ac iam,in Maciem non belle cohæret, Ergo diligentiores: pro una uoce Ergo, suppositæ sunt tres,Qui autem sunt.Mox,Dies status inchoandi:melius quàm, statutus. In fine capitis pro non alia suauitas ususq;, reposuimus,non alia suauitas uisq;. Cap.XV. Aptissimum in æstimatione è thymo.) Vetus lectio,Aprissimum existimatur è thymo.& sequēti uersu pro,cum sit,quod sit. Sequens probatio ut sit odoratū & dulce,reglutinosum.)Quid hoc uerbi est reglutinosum? Restituimus:odoratum,ex dulci acre,glutinosum Cap.XVI. Aequitas etiam in eis obstringitur.)Lege addendo uoculam, Aequitas quidem etiam in eis obstrin. nec caret sua elegantia particula quidem.Sicut sequenti uersu temerarie fecit qui detraxit uocem Ergo, scribens in primis præcipitur,pro in primis ergo præc. Nam ubi incubauere, fauos liuidos faciunt.) Antiqui codices, Nam nisi incubauere. ut quod præcedit ad opera,non de mellificio sed de prolificatione intelligatur,quæ incubatu fit. Tertio inde uersu adde uerbum existimatur:ulceribus aptissimum existimatur, Cap.XVII. Cum procedit,unà est: totum examen circa eum conglobatur.)In uetustis codibus aliter legitur ac distinguitur:Cum procedit,unà est totum examen,circaq; eum cōglobatur.Bellum uero quod mox assidui custodes autoritatis,nescio quis deprauauit in,assidua custodientes autoritate. Apparatus indicio diem tempestiuū eligentiū.)

Lego

Lego,apparatus indice,nempe murmure,quod nomen proxime præcessit. Si quà lassatus deficit,aut forte aberrauit,odore prosequuntur.) Verior lectio: Si qua lassata def. a. f. a. odore persequitur. nam lassari & aberrare in regem competere non potest. Sedere in castris ducis Drusi Imperatoris,tunc prosperrime pugnatum.) Lege:in castris Drusi Imp.cũ pros.pug.& circa finem cap.alterutra pars,quæ suis: non,quem suis. & sequenti uersu: maxime rixa in conuehendis floribus exorta:non,Maxima rixa & in c.f.e. Cap.XVIII. Aliqui non nisi in tantum adacto,ut intestinum sæpe assequatur.) Vetus lectio:ut intestini quippiam sequatur. sequenti uersu redundabat,dein. Adrepentesq; foribus opertas suflant:ab hoc spatio prouolãt.) Restituimus ex fide ueterum codicũ:adrepentesq; foribus per eas sufflant: ad hoc prouolant. hoc est:ad flatũ ranarum prouolant apes. Cap.XIX. Papilio etiam ignauus & inhonoratus,luminibus accensis aduolãs.) Adde uoculam hic.papilio etiam hic.quod non de quouis papilione loquatur: & aduolitans frequentatiua forma legendum.sed grauius erratum mox sequitur,utpote nõ simplex.Filis etiam araneus,quacunq; incesserit,alarum maxime lanugines obtexit.non enim de araneo loquitur.sed tertiũ nocendi modum papilionis narrat:filis etiam araneosa,quacunq; incessit, alarum maxime lanugine obtexit. Cap.XXII. Prima eas retorquere rursusq; texere in uenit.) Veteres codices:redordiri rursusq; texere. Cap.XXIII. Hanc ab his quoq; cogi subigiq;.) Quoq; redundat sicut antepenultimo uersu duæ dictiones,more ceræ: quæ cera expostremis syllabis uerbi lentescere nata est. Et primam dictionem huius capitis quæ est Bombyces, mutatis postremis literis perperam assuerunt fini uigesimi secundi capitis,cum ibi non minus graauiter q̃ argute dictum sit,ut denudet fœminas uestis:ac si dicat nihil absurdius fieri posse, quàm cum uestis ad tegendum partes quibus pudor debetur inuenta,eadem ad nudandum eas adhibeatur pellucida:quæ argutia perit si dicas uestis bombycina,ac non simpliciter uestis. Nec puduit has uestes etiã uiros leuitate usurpare,propter onera æstiua.) Ita ne hę uestes propter onera usurpantur,ac non magis propter leuitatem: Verior lectio:Nec puduit has uestes usurpare etiam uiros,leuitatem propter æstiuam.Primum fœminarũ lasciuia his usa est,quæ gauderent nuditatem suam per eas spectari.Deinde uiri quoq; usurpare cœperunt, ob delicatam leuitatem æstati conuenientem. Cap.XXIIII. Circinato adnectens.) Hoc adiectiuum nomen substantiuũ poscit:& habetur sane in manuscriptis:circinato orbe adnectens.circinatũ uocat tam absolutum, ut circino ductus uideri possit. De relicto laxo prætenti summa parte.) In his uerbis equidẽ nullum commodum sensum uideo.Quod si legas ut in nostris archetypis habetur:derelicta lasso prętenti summa parte: sensus erit: prætentæ telæ summam partem imperfectam præ lassitudine ab araneo derelictam.ubi arbitrari licet,legendum est,non liceat. Pariunt autem oua ea in telas expansa,quia saliunt.) Pro expansa lege, & sparsa.Ideo sparsa,quia saliunt. Pariunt autem trecentos.) Reposuimus:pariunt autem & tricenos. Cap.XXVIII. In Thraciæ partibus iuxta Olynthum.) Vetus lectio,in Thracia iuxta Olynthum.Quod in hoc annotaui,ne indocti qui sic loqui solent,exemplum apud Plinium inueniri iactent. Cap.XXIX. Iidem quippe noctibus non uolare eas propter frigora tradiderunt,ignari etiam longinqua maria ab ijs transiri, continuata plurium dierum profectione. Quod maxime miremur,famem quoq;,quam propter externa pabula petiere,sciunt imminere.) Non obscurum erit ex collatione, quãto & hic antiqua lectio sit incorruptior.Iidem quippe nec uolare eas noctibus propter frigora tradiderunt, ignari etiam longinqua maria ab ijs trãsiri,continuata plurium dierum (quod maxime miremur) fame quoq;,quam propter externa pabula petere sciunt. Italiam ex Africa magna cohorte infestant.) Scribo,Italiam ex Africa maxime coortæ infestant. Cap.XXXII. Multa antem insecta & aliter nascuntur,atq; asilus in primis ex rore.) Asilus nec est in emendatis exemplaribus, nec alioqui hic locum habere potest,ubi de papilionibus fit mentio, non de asilis. Sequenti uersu est inde porrigitur uermiculus,non oritur. Cap.XXXVII. Oculos unicolores nulli, cum candore omnibus mediusculo differentes.) Vetus lectio melior:Oculus unicolor nulli,cum candore omnibus medius color differens. Ardent,intenduntur,humectantur,cohibentur.) Legi debet:humectant,conniuent. Ab ijsdem qui altero lumine orbi nascerentur, Coclites uocãtur: quis parui utrinq; ocelli,Lucini iniuriæ cognomen habuere.) Locus est fœde corruptus.Exemplaria manuscripta habent:Ab ijsdem qui altero lumine orbi nascerentur, Coclites uocabantur: qui paruis utrisq;,Ocellæ:Luscini iniuriæ cognomen habuere. Vt hoc intersit inter Luscinum & Coclitem, quod hic sit unoculus natus,ille per uim eluscatus, Porró Coclitem eo modo opici ex Cyclope detorserunt.quo ex Ganymede Catamitum. Fuerunt autẽ Coclites Horatiorũ gentis, sicut Seruiliorũ Ocellæ,Fabriciorũ Luscini,Pompeiorũ Strabones,Papiriorũ atq; Aeliorũ Peti.

Setis intus os hirtum,& linguam etiam appellatam.) Lege,& linguam etiam ac palatum.

Cap.XXXIX. Quæ uero ratio crocodilis,si non cruori,sed duritiæ tergoris tribuatur & solertia.) Lectio sane inepta,castiganda ad exemplaria uetera sic: Ceu uero non crocodilis duritia tergoris tribuatur & solertia.Coarguit enim hoc exemplo quorundam opinionem, qui subtilita-

tem animi constare cute operimentisq; corporum putabant. Velut languidiores cũ menstrui cursus stetere.)Legendum,ut & lanugines oris,c.m.c.s. Cap.XL. Primogeniti in quaq; parte sues primas premunt.& si escæ sunt faucibus proximæ.)Prodigiosa deprauatio, cum à Plinio scriptum sit:Primis genitis in quoq; partu sues primas præbẽt:eæ sunt faucibus proximæ,scilicet mammæ. Cap.XLI. Tenuissimum camelis,mox equabus.) Manuscripti codices habent equis,nusquã obseruantes recentiorum exceptionem de ablatiuo in filiabus,equabus, asinabus. Sicut & supra 40. cap. Asinis à fœtu dolent,non Asini.Idem animaduerti & in Liuianis exemplaribus. Cap.XLII. Duobus alpes generibus pabula sua approbant,Dalmatiæ Docleatem mittunt,Centronum terrę Natusicum.) Vetus lectio:Dalmaticæ Docleatem mittũt, Centronicæ Vatusicum.Dalmaticas uocat iuga à Carnis ad Dalmatas usque pertinentia.

Cap.XLV. Sunt autem crura his obliqua,humani poplitis modo.)Pollicis non poplitis.

Qua perfossa,ceu uinculis,spiritus fugit.)Legendum,ceu iugulo scilicet perfosso.

Cap.XLVI. Leo etiamnum tortuosos.)Scribo tortuosius. Cap.XLVII. Confirmant & apodas habere,nycterin & drepanin,in eis quæ rarissime apparẽt.) Nycterin pro rara non agnosco,quæ Græcis uespertilionem sonat,uolucrem potius quàm auem, raræ aui rarũ nomen magis conuenit, quemadmodum habet antiqua scriptura,& apodas habere,& ocen & drepanin. Cap.LIII. Qui uenena serpentium suctu è corporibus exigerent.)Melius.corporibus eximerent. Scythæ sagittarũ ungunt aciem.) Vetus lectio,Scythæ sagittas tingunt.

EX LIBRO DVODECIMO. Cap. IIII

VNam quam peculiarius Virgilius celebrauit ebenum.) Rectius manudescripta uolumina: Vnam è peculiaribus Indiæ Virg.celebrauit ebenum. Cap.VI. Quo sapientiores Indorum uiuunt.)Lege,sapientes,id est,philosophi. Cap.IX. Facilius hoc & crustosius amariusq; & gummosum.)Lege addendo iuxta fidem ueterum codicum:Facilius hoc & crustosius amariusq;,at Indicũ humidius & gummosum.Ibidem legitur.in libras X terni,non X tantũ.

Cap.XIII. Vt alij existimauere frutice uenoso.) Exemplaria nostra quæ ob uetustatẽ sequimur,habent,frutice myrtuoso.Quod nescio cur debuerit magis absurdũ uideri, quàm gummosus & similes Plinianæ uoces. Cap.XVI. Facillime aũt adulteratur Indica myrrha.) Scribo,fallacissime autem adult. Cap.XVIII. Periti rerum astruxerunt.) asseuerant, non astruxerunt. Cap.XIX. Reuehunt uitrea & ænea.)Melius,& ahena. Sterilior imbre,ceu diræ naturæ.) Vetusti codices: sterilior imbre,cæduæ naturæ. & mox illic legitur,uenia cædendi,non metendi. Deinde sorte germina discerni.) Cremia, non germina: quæ uox uel ex psalmographo nota esse poterat. Cap.XX. Per Nabathæos Troglodytasq; cõfines, qui considere ex Nabathæis. Vetus lectio: per Nabathæos Troglodytas, qui considere ex Nabathæis. Vt intelligamus coloniam à Nabathæis negociatoribus in Troglodyticen deductam.

Cap.XXIII. Eandem quæcunq; sit aspalatho.)Lege,eandem quæ sit aspalatho.

Cap.XXV. Maxime probatur quod ante semel fluxit.)Melius uetus exemplar, Maxime probatur quod ante semen fluxit,id est,anteq; semen prolatum sit. Paulopost illic legitur: Exit & in Pamphylia, sed aridior:non,acrior.

EX LIBRO DECIMOTERTIO. Cap. I

PRimumq; id scire conuenit,mutata autoritate ad peius transisse gloriam.)Sincera lectio:mutatam autoritatem,& sæpius transisse gloriam. Cap.III. Vestes prolongant tempus.)Antiqui codices: Vestes prorogant tempus. Summa commendatio eorum,ut transeuntẽ fœminam odor inuitet,etiam aliud agentem.) Magis placet quod in ijsdem codicibus habetur: ut transeunte fœmina odor inuitet etiam aliud agentes. Neq; enim usqueadeo corrupti fuerunt Romanorũ mores,ut frequẽtior esset uiris quàm fœminis unguentorũ usus.ac mox: Sed quosdam crassitudo maxime delectat,idipsum approbantes.)Illic est,spissum appellantes,nõ idipsum approbantes. Atq; Caium principem solitum lauari.) Lege,atq; Caium principem solia temperari,scilicet iussisse. Vtinamq; dicere possemus,quis primus instituisset ista, nimirum hac mercede orbem terrarum corruptæ deuicere aquilæ.)Duas uoculas,ita est, quibus perquã eleganter Plinius utitur,scribarũ siue potius castigatorũ temeritas deprauauit in,ista.Sic enim scribitur ac distinguitur in emẽdatis uoluminibus. Vtinãq; dicere possemus, quis primus instituisset.Ita est, nimirum hac mercede corruptæ terrarum orbem deuicere aquilæ. Sic lib.7. cap. 40. dixit, Ita est profecto,alius de alio iudicat dies.Item lib.18,cap.6.Itaq; est profecto, opera nõ impensa cultura constat.Præterea lib.24.cap.1.Ita est profecto ,magnitudo populi Ro.perdidit ritus, uincendoq; uicti sumus. Cap.IIII. Genera earum plurima:& prima fruticem non excedentia: sterilem hanc,aliubi & ipsam fertilem,breuemq; ramis obiri umbra foliorum.) Emendata lectio: sterilem hunc,aliubi & ipsum fertilem,breuiq; ramorum orbe foliosum. qui error tam crassus est,ut mirum sit à nemine deprehensum, Præterea cæsum à dorso puluinato,& in aluo media fissura pleriscq; umbilicatum.)Reposuimus ex manuscriptis: Præterea cæsum à dorso puluinata fissura,

& in aluo

& in aluo media pleriſq; umbilicatum. Quod erat prius, pomis refertam.) Pro his uerbis longe alia ſunt in antiquis uoluminibus, nempe hæc: eratq; cum hæc proderem fertilis. Cap. VII.

Certoq; eam ſugit alienus humor, qui aluum omnem rigat.) Lege: qui aliam omnem rigat.

Cap. XI. Neq; ad alios uſus illis, quàm funibus Rex Antigonus in naualibus uſus eſt rebus, nondum ſparto cõmunicato.) Sincera lectio: Nec alijs uſus eſt quàm inde funibus rex Antigonus in naualibus rebus, n. ſ. c. Cap. XII. Minus ſorbet. Politur & charta magis, ut ſplendeat.) Lege & diſtingue: Minus ſorbet politura charta, magis ſplendet. Deprehenditur & lentigo oculis, ſed medijs inſerta glutinamẽtis ceu tenia iunco papyri bibulo, ibi uix litera fundente ſe.) Voluminum ueterum emendatior lectio: ſed inſerta medijs glutinamentis tenia, fungo papyri bibula, uix niſi litera fundente ſe. Nam fabrili à gummi commiſſuræ fragiles ſunt.) In eiſdem codicibus melius eſt: Nam fabrile gummisq; fragilia ſunt. Fabrile uidelicet glutinũ. & gummis genitiuus eſt à gummi, κόμμι κόμμιος. Minimum hunc modum intergerit.) Lege, minimum hoc modo intergerij. Cap. XIII. Quod eo magis miror, ſi etiamnum Homero condente Aegyptus non erat. At cur ſi iam hic erat uſus, in plumbeis linteisq; uoluminibus ſcriptitatũ conſtet: Cur & Homerus in ipſa illa Lycia Bellerophonti, codicillos datos non Epiſtolas prodidit:) Hic tenebrio neſcio quis aliquot uoces ex xi. cap. repetitas, ſed deprauate, infulcire auſus eſt. nã uetuſta exẽplaria omnia tantũ habent: Q. e. m. m. ſ. e. H. c. Ae. non erat: aut cur ſi iam hic erat uſus in ipſa illa L. B. &c. Agnoſcis erudite lector Plinianum orationis fluxum, nullã interpolatoris operam deſiderantem. ó impudẽtiam. Cap. XV. Interijt nuper incendio quam Cethegus decedẽs libris xiiij. permutauerat.) Vetus lectio: Interijt nuper incẽdio à Cethegis deſcendẽs, H-S. xiiij. permutata. A Nomio Tiberij Cæſaris liberto.) Lege addendo: Item à Nomio, nam duas recẽſet ampliſſimas, Ptolemæi unam, alteram Nomij. Operimento conchylij & laminæ per mediam ueſtitam fuiſſe.) Pro peſſima opera malam gratiam meritus eſt, quiſquis hic Pliniana uerba, aliquot de ſuo additis, interpolare non eſt ueritus. Nam ſincera ſcriptura tantum habet: operimento laminę ueſtitam fuiſſe: ſenſu ſanè manifeſto, ut intelligatur menſa nõ ſolida ex cedro, ſed ita ferme lamina ueſtita, quemadmodum lateritij parietes ornatus cauſa marmoreis cruſtis ueſtiuntur.

Nutriuntur optime ſplendeſcuntq;, manuq; ſicca fricantur ab alienis maxime: nec abaculis lęduntur, ut in his genitæ.) O belle tractatum Plinii. Vide obſecro lector, quãtum hæc à germana lectione diſcrepent, quæ talis eſt. Nutriuntur optime ſplendeſcuntq; manu ſicca fricatæ à balineis maxime: nec à uinis læduntur, uti his genitæ. Cap. XVIII. Totumq; abire in lacum.) In altũ, non in lacum. Cap. XIX. Punicum malũ cognomen ſibi uendicat.) Lege, cognomine ſibi uendicat Cap. XXI. Semine colore & ſpecie foris.) Farris, non foris. Cap. XXIIII. Vtilitas herboſa ergo, & eo lętior ſatietas, quod perquam modico pingueſcunt & quadrupedia.) Exemplaria uetera: Vtilitas quæ eruo, ſed ocyor ſatietas, perquam modico pingueſcente quadrupede. Obiterq; inter ordines allium capeſſere fertile eſt.) Lege: allium & cepe ſeri fertile eſt.

Cap. XXV. Vix ut reſpicere è naui tutum ſit.) Proſpicere, non reſpicere.

EX LIBRO DECIMOQVARTO. Cap. II

VVa tam parua, ut niſi pinguiſſimo ſolo coalere non poſſit.) Rectius, colere non proſit. In neglecto ſolo moroſa, pingui putreſcit, gracili omnino non prouenit.) Legendum, In eligẽdo ſolo moroſa. Moroſam in eligendo ideo dicit, quod ei nec pingue nec gracile ſatis conueniat.

Mœrica contra omnes ictus firmiſſima.) Veteres libri, contra omne ſidus fir. Cap. III.

Et coronaria naturæ luſu ſtephanitis.) Scribo, coronario naturæ luſu. Cap. IIII. Cũ C. Gracchus tribunus plebis ſeditionibus agitatis interemptus) Latinius noſtra exemplaria, plebẽ ſeditionibus agitãs. Raro quippe ad huc fuere, nec niſi importatis ſingulis teſtis milia nũmũm.) Vetus lectio, nec niſi in nepotatu Cap. VI. Pucino retulit acceptos non aquoſo.) Lego pucino retulit acceptos, nõ alio uſa. Cæſarẽ non aliud potaturũ.) Scribo, poturũ. Cap. XIII. Aromaticis delectatos.) Lege Aromatite. id enim eſt quod nũc Hippocratis uocãt, cuius inuentũ uideri uolunt. Cap. XIIII. Sic quoq; diu tranſmarina fuerunt in autoritate ad atauos uſq; noſtros, etiam falerno iam reperto, ſicut apparet ex illo comico uerſu Anaxipolis Thaſij: Quinq; Thaſij uini inde depromã, Falerni bina.) Quid ego audio, Anaxipolim Thaſium Latinos uerſus ſcriptitaſſe? an forte græce quidẽ ſcripſit, ſed togatas fabulas alioqui inepte citatur teſtis, ubi agitur de autoritate quæ fuit uinis in Vrbe atq; Italia. Subijciã & hic ueterẽ lectionẽ quo magis appareat deprauatio. Sic quoq; poſtea diu tranſmarina in autoritate fuerunt, & ad auos uſq; noſtros: quin & falerno iã reperto, ſicut apparet ex illo comico uerſu: Quinq; Thaſij &c. Neque enim ratio temporũ patitur ut legamus ad atauos, de uinis quæ poſt Opimium conſulẽ in precio fuerũt.

Milia cadorum congiorum.) Lege, cadorum congiariorum. i. qui congium caperent. Sequenti uerſu eſt C. Sentius, non Cenſius. Hortenſius ſuper decem cados hæredi reliquit.) Non uideo cur hoc magnum uideri debeat, cum Lucullo eiuſdem uini pluſq; C. M. cadorum fuiſſe ſupra in hoc ipſo capite ſcriptũ ſit. uerior eſt dubio procul manuſcripta lectio X M. cadorum, quod ſcribæ

hoc modo scribere solent X̄. inde lapsus occasio. Cap. XV. Quid ni? Et Cæsar dictator triumphi sui cœna uini falerni amphoras C. Chij cados C. in conuiuia distribuit.) Conuiuia hic uocat certum conuiuarum numerum unà discumbentiũ, qui ferè intra Musarum numerũ cõsistebat, iuxta tritum illud prouerbium: Septẽ conuiuium, nouem conuitium. Quare nimio plus essent centum cadi uel Cyclopum conuiuio. Itaq; malui antiquam scripturam sequi. Quid, non & C.d.t.s.c.u.f. amphoras, Chij cados, in conuiuia distribuit. i. in singula conuiuia singulos cados singulasq; amphoras. Cap. XVI. Myrtitem Cato quemadmodum fecerit, hoc paulopost indicabimus.) Melius, Myrtitẽ Cato quemadmodum fieri docuerit, mox paulo indicabimus.

Ex cæteris herbis colatis.) colatis redundat. Qualem & redolent salicum Patauinorum in palustribus uindemiæ.) Lege, qualem & salicum redolent Patauinorum in p. u. Cap. XVIII.

Aspendios, damnata à feris.) Damnata aris, lege. ἀπόνδαν enim libare significat. Aegyptus & ecbolinam habet abortiuos facientem.) Vetus, Aeg. & ecbolada habet, abortus facientem.

Sic & maris nauigio.) Rectius, mari nauigato. Cap. XIX. Præcepta tradiderint) Præcepta condiderint, est in ueteribus, idq; non ineleganter, ut nihil opus fuerit mutare. Anni prioris uina nonnusq; fece acetóue condiunt.) Vetus lectio: Nonnusq; prioris uini fece acetóue condiunt. Cap. XX. Iterum spõte feruere: qua calamitate cum deferbuit deperit sapor.) Cum deferbuit uoces sunt superuacaneæ, & ab interprete primum adiectæ. Acor aut fumidũ uirus, aut picis adustio.) Lege, picis autem adustio. nam superiora resinæ uicia sunt, hoc picis. Asia picem Indicã maxime probat. Græcia Piericam) Nõ Indicam, quod absurdum erat. sed Ideam ab Ida cantatissimo Troadis monte, attestante etiã Theophrasto. Cap. XXII. Cum priorem diẽ quotidie perdãt, imò uero & uenientẽ.) Nihilo deterior erat uetus lectio: illi uero & uenientẽ.

EX LIBRO DECIMO QVINTO. Cap. I

M. Seruius T. F. ædilis curulis.) Antiqua scriptura, M. Seius L. F. Certe Seruius prænomen est, non nomen. Cap. III. Has enim ocissime occupat æstas, quia sunt tenerrimę, & amurca cogit decidere.) Vera lectio: has enim ocyssime occupatas, quia sunt tenerrimæ, amurca cogit decidere. Cum omni hora oleum decrescat.) Lege, omni mora. Cap VI. Præterea conchas & plũbeas cortinas aere uitiari.) Vitiata lectio est: restituimus iuxta fidem archetyporum sic: præterea in conchas & plumbeas cortinas: ære uitiari. refertur enim ad decapulandũ quod præcessit. Cap. XI. E strutheis odoratissima.) Lege à strutheis. i post struthea.

Cap. XIIII. Tamen peculiare nomen dedit.) Lege addendo: his tamen peculiare. his. s. lanatis, quorum mentio præcessit. A conditione castrati seminis, quæ spadonia appellant. Belgemela à folijs. folium enim unum, aliquando & geminum erumpit è latere medio.) Mira uero denominatio à gemino folio belgemela. sed cur potius à gemino, cum sæpius unicum erumpat? Antiqua exemplaria aliter habent: quæ spadonia appellant Belgæ. Melofolijs folium unum, aliquando & geminum, erumpit. Mirum autem uideri non debet si Belgæ spadonia uocabant Romano & non Gallico uocabulo ut qui prouincialis id temporis essent: apud quos ipse Plinius aliquandiu uixit, unde hoc pomum in eius noticiam uenit, urbanis alioqui non admodum notum. Melofolium uero dictio est ex græca ac latina composita, quasi μηλόφυλλον. Cap. XV. Conduntur uero pira ut uuæ, ec totidem modis, non aliter quàm in cadis. Præterea quæ pomis proprietas piris quoq; uini, similiter ijs ægris medentes in escam dant.) Vera lectio: Conduntur uero pira ut uuæ, ac totidem modis, nec aliud in cadis præterq; pruna. Pomis proprietas piriscq; uini: similiterq; in ægris medentes cauent. Cap XVII. Olei aspergi ex ore, ut de palmis diximus.) Hoc nusquam dictum est, sed particula, ut redundat. mox legendum, De palmis diximus. ut sit transitus ad reliqua. Ac si dicat, nisi inter peregrinas arbores de palmis dictum esset, potuisse hic inter secundas mensas de earum fructu dici. nunc de ficis proxime dicendũ. Cap. XVIII.

Ad nos ex alijs transiere gentibus Chalcidicæ, quarum plura genera. siquidem & Lydiæ quæ sunt purpureæ, & mamillanæ similitudinem mammarum habent.) Legendum ex fide ueterũ exemplariorum: Ad nos ex alijs trãsiere gentibus, Chalcide, Chio, quarũ plura genera. siquidem & Lydię quæ sunt purpureæ, & mamillanæ similitudinem earum habent. Alioqui Plinius omiserat Chias Romæ non incelebres, & Martiali in primis amatas. Nam Alexandrinæ enixiores. Candicans terina, cognomine delicata.) Eadem exemplaria uerã, etiam nũc, lectionem retinent. Nam Alexandrina è nigris est, candicante rima, cognomine delicatæ. Alioqui nõ bene cohæret, quod mox subsequitur: Nigra & Rhodia est. Tanto propius Carthaginem pomo Cato admonuit.) Elegantior uetus lectio: Tanto propius Carthaginem pomo Cato admouit Cap. XIX.

Ergo culices partim fraudati alimento in matre, hoc est putri eius tabe, ex qua nati ad cognatã uolant.) Antiquior lectio & melior. Ergo culices parit: hi fraudati alimento in matre, putri eius tabe, ad cognatã uolant. Cap. XX. Setaniæ tamen maius pomum est.) Tamen superuacaneum est, natum ex proximis syllabis tanie, nec ad sensum quidquam facit. Cap. XXI.

Hæc obnoxia acri odore, nec suauitate iucunda.) Cuinam obnoxia? Sincera lectio: hæc obnoxia acori. odore & suauitate rotunda præcellunt. cæteris uini sapor Cap. XXV. Minus quinquẽnio est.) Satis latine dixerat Plinius, minus quinquennii est: nec erat cur mutaretur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171286-p0730-9 DFG

Cap.XXVIII. Aliquorũ lignum ipsum in usum & pomi uicem,ut grana myxis,quas in Aegypto gigni diximus.) Vetus lectio: Aliquorũ lignum ipsum in usu & pomi uice,ut generi amygdalæ,quam in Aegypto gigni diximus.Dixit autem his uerbis: Pomum longius piro,inclusum amygdalæ putamine & corio,colore herbido. Cap.XXIX. Cluere enim antiqui pugnare dicebant)Præstat ex autoritate ueterũ codicum legere,purgare dicebant.ea lectio ad proxime pręcedentẽ uersum pulchre quadrabit.nõ enim pugnasse eos,sed dimicare uoluisse dicit,ut intelligamus non cædem ut nondũ perpetratã,sed animos paricidales quos generi ac soceri in se inuicem sumpserant,expiatione opus habuisse,quo facilius firmiusq; mutua beneuolẽtia coalescerent.Et Venus non pugnis,sed coniungendis cum corporibus tũ animis pręest.Attestatur nobis etymologia uocis è Græco deductæ.κλύζειν illi dicũt,eo quod aqua lustrationi tali adhiberetur nunc fontana nunc fluuialis, nonnunq; & marina.Notũ est illud Euripidis : κλύζει θάλασσα πάντα τ' ἀνθρώπων κακά.In pręsenti purgatione apparet uerbenã myrteam adhibitam exercitibus aspergẽdis,quemadmodum apud Virg.& Iuuen.laurea in similem usum adhibetur.Quin apud Christianos quoq; & leuiora commissa sacratæ aquæ insperſu expiari creditur, & recens ad religionem asciti,aquis omnia actæ uitæ scelera eluunt,cuius rei typus apud Heb.in cataclysmo iam olim pręcesserat.Ex eadem origine uenit & cloacarũ uocabulum,quod hæ subterraneis cuniculis oppidorum sordes perpurgent.At cluere pro pugnare nondũ inueni,nisi forte apud unum alterumue nostri seculi eruditum:qui contenti excusis libris,oĩa inde alba quod aiunt amussi in suum usum conuerrunt,nec raro suę credulitatis pœnas dãt,in luculẽtos errores hoc modo pertracti. Quid quod eas uoces perperam intellectas lexicis aut nouis inserere audẽt,aut in uetustis pro recta scriptura supponere:idq; ex nullius latini scriptoris autoritate.nã de pręsenti loco doctos admonitos facile ueterum exemplariũ fidei accessuros non dubito. Quin & uirgæ anuli.)Lege,uirgei anuli.Papyrium Nasonem.)Massonẽ nõ Nasonem,attestante Liuio. Cap.XXX. Et postea accessere genera eius.Hanc sylueſtrem &c.)Quam hanc:Libri uetusti:Postea accessere genera:tinus,hanc sylueſtrem &c.Alioqui male cohæret,accessit & regia,nisi tinus pręcedat. Folio crispo ac breui, quæ inuenitur rara.)Lege,inuentu rara. Præferenda utiq; myrto & oleæ est.) Vetus lectio:pręferenda ei utroq; olea.

EX LIBRO DECIMOSEXTO. Cap. I

NAuigantibus similes,cũ integant aquæ circumdata naufragijs.Cum uero recesserint,fugiẽtes cum mari pisces circa tuguria uenantur.) Vera lectio : nauigantibus similes cũ integant aquæ circũdata,naufragis uero cũ recesserint:fugientesq; cum mari &c. Nõ pecudes hos habere,non lacte ali ut finitimos.Ne cum feris quidẽ dimicare contingit.)Melius: Non pecudẽ his habere,non lacte ali ut finitimis,ne cũ feris quidem dim.con. Potus non nisi ex imbre.)Legendum addendo,Potus ijs.& sequenti uersu,Et hę gentes certe.Certe,superfluit. Cap.II Roborũ uastitas intacta.)Et hic adde unam dictionẽ:æuis roborũ uastitas intacta. Cap.III. Veluti po.R.ipsa corona impositа.)Ipsi,nõ ipsa. Longũ est nec ex institutiõe operis.) Vetus lectio nec instituti operis. Cap.IIII. Quiq; patriæ muros primus scandens,audentẽ irrumpere occidit. Quiq; ciuẽ maluit seruare quàm hostẽ occidere.)An nõ hęc inter se pugnant:sicut nec id apte cohęret quod mox subijcit, Vtq; eũ locũ in quo sit actũ,obtineret hostis eo die.Ostrenue nauatã à deprauatore operã,& cui nulla ex his que hic memorãtur,corona dignũ sit præmiũ.Restituimus ex fide manu descriptorũ hoc modo: quæ sub ipso Ioue datur,cuiq; muros patria gaudẽs rũpit.Confert.n. leges Romanas de ciuica,cũ illa Gręcorũ de Hieronicis,hoc est sacrorũ certaminũ uictoribus,in quorũ honorẽ patria cuiq; sua redeunti murorum partẽ diruebat,quà oppidũ intraret:tanquam nihil opus esset mœnibus ciuitati,quę tales uiros gigneret.mox subijciuntur capita legum Ciuem seruare.Hostem occidere. Vtq; eum locum in quo sit actũ.hostis obtineat eo die Cap.V. Nec non & in copia frugum.)Veteres codices:nec non & inopia frugum. Distinguemus ergo proprietate naturaq;,& ubi res coget,etiam græcis nominibus utendum.)Vtendũ superfluit. nam omnia referuntur ad uerbum Distinguemus. Cap.VII. Gignunt & aliæ ramorũ eius pilulas corpori non pediculo adhærentes.)Legendum,Gignunt & alæ ramorũ eius pilulas, corpore non ped.adh.Item circa finem capitis : & in folio rubente aquosos nucleos candicantes, non rubentes,quod nescio quis ad pilulas præcedentes referendum putauit. Cap.VIII. Granum hoc,primoq; ceu spectes frutices paruos aquifoliæ ilicis.quisquiliũ uocant.) Sincera lectio:primoq; ceu scapus fruticis paruæ aquifoliæ ilicis. cusculium uocant. Est enim Hispanum uocabulum non Romanum. Signum hoc eius,quod in tenebris decerpitur.) Quo,non quod. Græci cortices arborum appellant.)Vetus,corticis arborem. Cap.XVIII. Tingendi causa ad seruorum uestes.)Illic legitur,ad seruitiorũ uestes. Cap.XXIIII. Et apud nos uere palmæ à matre integræ decerpuntur. meliores enim sunt, quæ non diuisæ fuerint.) Integra lectio:Et apud nos fere palmis à messe decerpũtur.ex his meliora,quæ sese non diuiserint.Loquit de folijs. Decidua à populo quernaq;.)Rectius,decidua populea quernaq;. Cap.XXV. Cætere uere concepto.) Vetus lectio:cæteræ uero cœpturo. Sic fit, ut dum prima cacumina impelluntur,se cutis aperiat,geniculato incremento.)Et hic diuersa lectio,ut prima cacumina im

pelli secutis appareat. Cap.XXVI. Cedri & iuniperus & ilex annuæ ferè habentur,no uusq; fructus in ijs cum autumno pendet.) Nostra exemplaria: Cedrus & iuniperus & ilex an/ niferæ habentur,nouusq; fructus in his cum annotino pendet. Cap.XXIX. Quoniã omnis infirmitas cælo magis accidit.)Lege,cælo magis obnoxia est. Cap.XXXII. Fa/ stidio balsamum alibi nasci natura quàm in Syria noluit ferè: Nec non & palmam nasci ubiq;,aut natam parere.)Si dixisset alibi quàm in Iudæa,uerisimilius erat. neq; enim in tota Syria nascitur, aut ulla alia eius parte præterquã Iudæa.Antiquior ac uerior lectio hæc. Fastidit balsamum alibi nasci,Assyria malus alibi ferre:nec non & palma nasci ubiq; aut nata parere. Cælum nullo mo do quit flecti.)quit redundat. Mutari naturam in ijsdem locis,atq; improuiso ualere.)Exem/ plaria uetera:atq; pro indiuiso ualere. At in Lycijs frigidisq; montibus nascitur.)Lege,at in Lycijs Phrygijsq; m.n. Cap.XXXVI. Durantq; eius alta tecta.)Eius non est quo re/ feratur. Lego,Durantq; æuis.Sic supra:æuis roborum uastitas intacta. Et canore tibię ipso edu cendæ.)Melius:& canere tibiæ ipsæ docendæ:nec aliter est in emendatis exemplaribus.

Cap.XXXVII. Licet populi uitibus placeant,& cæcubum dueant.)Lege,& cæcuba edu cent. Sequacis ad iuncturas lenticiæ.)Rectius, ad uincturas. Mollioribus uasis quàm ut e corio fiant.)Vilioribus,non mollioribus. Deciduæ salici fertilitas.)Legi debet: Cædua salici fertilitas. Cap.XXXVIII. Ictus ab altero capite uel grauis sentiatur.)Atqui magis con ueniebat uel leuissimus.Legendum itaq;,uel graphij,non uel grauis. est autẽ graphium, ut uulgo etiam notum est,stilus ferreus,quo in ceratis tabellis quicquid libuerit exarare solemus. Fagis pectines transuersi in pulpa apud antiquos.Inde & uasis honos.)Distingue. Apud antiquos inde & uasis honos. Cap.XL. CXX modij tunc lentis pro saburra ei fuere.)Pudendum er/ ratum,cum tam modica saburra uix mediocri nauigio sufficiat,nedum illi usq; ad miraculum in/ genti. ἅμα τῷ ζιοὺ τῷ ἐ φρόντις ἱππολαίδι,modo sensus sit utcunq; grammaticus. Vera lectio est, CXXM. modium lentis. Quas & ipsas esse modicas admodum miror.) Lege: quas & ipsas esse modico admodum miror.modico.s.simulacro. Id miratur,quod alioqui iuncturæ ferè nullæ sint,nisi in grandibus simulacris. Nonne simulacrum Iouis in arce è cupresso durat.)Veteres co dices,simulacrum Veiouis. Cap.XLIIII. Quod notatur & in spina fullonia.)Scribo: quod uero in spina fullonia.pendet enim à precedente uerbo gignatur. Edendi ratio ætatis qua dragenis diebus.)Rectius,Ea medendi ratio æstatis q.d.

EX LIBRO DECIMOSEPTIMO. Cap. III

IN aquilonem obseruare uites & arbores poni suasere.)Lege, in aquilonem aduersas uites. Cap.IIII. Sed idem solum ubicunq; arduum opere,difficile cultu,bonis suis acrius penè pascit quàm uitijs.Affligit agricolam & carbunculus terræ,quę ita uocatur.Emendari uitem hac terra putatur.)Longe emendatior ac planior uetus lectio,id quod uel absq; cõmonstratore cuiuis latine scienti perspicuum esse potest.Est autẽ hæc. Sed idem solum ubicunq; arduum opere,dif/ ficile cultu,bonis suis acrius penè quàm uitijs posset,affligit agricolam.Et carbunculus terra quæ ita uocatur,emendari uite macra putatur.Hæc lectio belle quadrat & ad præcẽtia & ad sequẽtia.

Cap.VIII. Harenacea utuntur,si aliqua non sit,in uliginosis uerticibus & si alia sit ubi hos gentium solos nouimus &c.) Emendatior lectio:Harenacea utuntur,si alia non sit:in uliginosis uero & si alia sit. Vbios gentium solos nouimus,& reliqua. Vbij germanica gens erat, sed in gal/ licam ripam à Romanis traducta,quo loco nunc est celeberrima Agrippinensis colonia.

Cap.X. Amygdalæ in argilla molli meridiem sectanti seri iubentur.) Amygdala legi de/ bet,& iubet non iubentur.Præcedit enim proximo uersu Mago,cuius hoc est præceptũ. ac mox eodem uersu,Gaudere & dura:non Gaudere eas in dura. Quo in genere & cum parui sunt auel luntur.) Vetusti codices magno consensu habent,& cum perna sua auelluntur:& ita melius co/ hæret cum his quæ sequuntur. Non omittendũ naturæ miraculum,ex tã paruo gigni arbores.) Magis placet uetus lectio:non omittendo naturæ miraculo.Sic enim sæpe Plinius loquitur.

Cap.XI. Cato crassiorem quinq; digitis non omisit. Idem ait attinere meridianam cæli partem signari in cortice.)Scribo & distinguo:Cato crassiorem quinq; digitis. nõ omisisset idem, attinere &c.Cato referri debet ad præcedẽs uerbum,præcipiunt.Et non omisisset eleganti eclipsi dictum est,ac si dicat ideo à Catone omissum præcptum hoc,quia nullius sit momenti.

Cap.XII. Illam inscitiam pudendã esse conueniet,& adultas inter sese luctari iusto plus.) Pudenda sane inscitia locũ hunc deprauatũ apparet, cum in antiquis uoluminibus recte legatur: adultas interlucare iusto plus.Interlucari autem arbores dicuntur,quoties adempta ramorũ par/ te,quantum opacitati earum detrahitur,tantum luci accedit: unde & interlucare dictum.

Cap.XIIII. Ne excutiatur in uento,ne cortex à ligno decidat alterutri.) Vetus lectio:ne exacuatur in uento, ne cortex à ligno decedat alterutri. præcessit enim: calami exacutio medul/ lam ne nudet. Cap.XV. Atque ut gemmascere incipiens ligetur calamus.)Legendum pro ligetur legatur. Cap.XVIII. Autumno ablaqueato, & stercus adijcito.) Lege ad/ dito,non

dito, non adijcito. Sic enim Cato loqui solet. Vt eadem oliueta constent.) Integra lectio est: ut æuis eadem oliueta constent. Sic supra lib. 16. cap. 2. æuis roborũ uastitas intacta. Eiusdem cap. 36. Durantq; æuis tecta alta. Mirumq; quæ Pallas castigatori hanc mentem dederit, ut eam uocem ubiq; aut omitteret aut deprauaret. Confessa enim de tempore serendi æque ratio est uere & autumno. Id ex magna parte fieri decreuere.) Rectius in archetypis legitur & distinguitur hoc modo: Connexa enim de tempore serendi æque ratio est. Vere & autumno id ex magna parte fieri decreuere. Ideo faciles corticum esse amplexus.) Illic habetur, complexus. Cap. XXI.

Et prædictis uelut armamẽtis uinearum.) Hæc uerba quæ nescio quis fini præcedentis perperã assuerat, huius capitis initio adposuimus, melius hic cohærentia. Id enim cum decisi nec intorti trigemmes.) Lege, Idem cum decisi. Paulo post pro marra deprauate legebatur, in area: ut alia le uiora taceam. Cap. XXII. Sulco latitudo palæ est.) Lege addendo: sulco latitudo palæ satis est. Intra biennium autem fructus.) Malui ueterem lectionem: Interest autem biennium fructus, quo tardius in sato prouenit quàm in translato. Ideo utriusq; fructum tardũ, præterea retorridum & nodosum puluinosumq; reddi incremento.) Alia lectio antiquior, in quam exemplaria cõsentiunt, sic habet. Id utrunq; fructum tardum, præterea retorridum & nodosum reddit, pumilionum incremento. Operarum ista cõputatio est. In latifundijs uero legitima naturæ festinatio.) Vetus lectio: operarum ista computatio est in latifundijs, non legitima nat. fest.

Cap. XXIII. Et ulmus detruncata à media inter ramorum scamna digeritur.) Legendũ, in ramorum scamna. Meridianum solem spectare palmites debent.) Non male est in manuscriptis, spectare palmæ debent. nam sequitur mox: rami à proiectu digitorum modo subrigi. nec de uitibus loquitur, sed de arboribus, que uitibus maritãtur. Traduces gallica cultura binis utrinq; lateribus, si pedum quadrageno distent spatio, quaternis uiceno, inter se obuij miscentur alliganturq; uno conciliati, uirgultorũ comitatu obiter ligati qua deficiant. Aut si breuitas non patiatur ipsorum, adalligato protenduntur in uiduam arborem iunco.) Repræsentabimus & hic ueterẽ lectionem, quam ueriorem esse certe illi facile iudicabunt, quibus id culturæ genus uisu cognitum est, etiam hodie in ea Italiæ parte frequẽs. Nam de cisalpina Gallia loquitur. Est autem talis. Traduces gallica cultura bini utrinq; lateribus, si pes quadrageno distet spatio, quaterni si uiceno, inter se miscentur alliganturq; unà conciliati, uirgultorũ comitatu obiter rigorati quà deficiant: aut si breuitas non patiatur ipsorũ, adalligato protenduntur in uiduam arborem unco. Sed quia uilitate redituũ impendia exuperent.) Reditum non redituum. Vilitas enim de uino intelligi debet.

Cariosasq; tantum uitis partes incipientes marcescere deputãdo.) Antiqua scriptura, incipientes inarescere. Quoniam certa latera est facilius abscondere, quàm detorquere quo uelis. Plagas in arborum tonsura supinare, uelut calices faciendi.) Satis apparet deprauatorẽ hũc neq; literaturam calluisse nec agriculturã. Reponẽda igitur exuetustis exemplaribus incorrupta lectio, & hoc modo distinguendum: quàm detorquere quò uelis plagas. In arborum tonsura supiniore uelut calices faciendi, ne consistat humor. Cap. XXIIII. Itaq; per hyemes cæli rigorem probamus. Non enim solum infirmissimę arbores gelu periclitãtur, sed maximæ.) Verior lectio, & cum proxime præcedentibus Plinij uerbis melius cohærens, est hæc. Itaq; per hyemes cæli rigorẽ probamus, non soli. Nec infirmissimæ arbores gelu periclitantur, sed maximæ. Vnde partium adhibita societate, nominũ quoq; cum hominũ miserijs.) Castigauimus ex fide manu descriptorũ, Vnde partium debilitas, societate nominũ quoq; cum hominũ miserijs. Idq; aues corticis sono experiuntur.) Adde caui. aues caui corticis so. exp. Quapropter & grando in ijs causis intelligi debet, & carbunculatio, quod pruinarum iniuria euenit. Deest coniunctio &. & quod pruinarum iniuria euenit. Sunt enim tria diuersa mala. Nascitur hoc malum tempore humido & lento,) Lege, tepore humido. Quod araneum uocant.) quod particulam scriba de suo adiecit. Legendum (araneum uocant) per parenthesin. Idem peccatum scribarũ & alijs locis, nec in hoc solo autore, deprehendere licet. Ibi autem & in reliquis partibus.) Male detracta est coniunctio, cum scriptum sit: Et ibi autem & in reliquis partibus. Intereunt pleraq; excisa stirpe.) Lego, & fissa stirpe. Olfactrix enim intelligitur, & tangi eam odore mirum in modum.) Vetus scriptura mollius, Olfactatrix enim intelligitur, & tangi odore mirum in modum. Cap. XXV. Inter uitia arborum est & prodigijs locus.) Et hic nescio quis tres primas huius capitis uoces fini pręcedentis assuerat. Cap. XXVI. Cæterum maiore in parte orbis etiam pluuia aut omni aqua seri & arari non conuenit.) Antiqua lectio manuscriptorum uoluminum: etiam pluuias autumni aquas eriuari cõuenit. quod sane aptius ad præcedentia de Hispanorũ uindemijs uerba quadrat.

Tanto magis si niues scateant.) Quis unquam uel uidit uel legit niues scatere? Vsq; adeo nihil referre putant isti quem sermonem etiam facundissimis autoribus affingant. Scribi debet, si niues iaceant. Cap. XXVII. Et ab ima parte circũforato defluens pituita abstrahatur.) Abstergeatur, non abstrahatur. Similis stercoratio. Gaudent ea &c.) Melius. Similis fimi ratio. Gaudent ea, & reliqua. Eo anno uiolenta, proximo dulcia futura.) Lege uinolenta. De punicis

loquitur

loquitur. Cap.XXVIII. Multi & talpas amurca necant.) Lege addendo. Multi & has & talpas. & has. ſ. formicas, quarum mentio proxime præcedit.

EX LIBRO DECIMOCTAVO, Cap. I

TEnebris quoq; & ipſarum noctium quieti inuidentium gemitu.) Neſcio quis detraxit unum uerbum minime hoc loco ſuperuacaneum. Legendum enim Tenebris quoq; ſuis &c.

Cap. III. Pilumni qui pilum piſtrinis inuenerunt.) Lego, inuenerat. eſt enim paternus caſus Pilumni, ſicut mox Piſonis. Et unus tantum apud autores Latinos memoratur Pilumnus, qui ob hoc ipſum inuentum ſuum à priſcis conſecratus eſt. Ludos boum cauſa celebrantes, bupetios uocabant.) Vetus ſcriptura, bubetios. Noxamúe duplionem'ue decerni.) Antiqui codices, noxiam'ue. Et quidem ut tradit Norbanus nudo.) In huius libri indice, ubi recenſet Plinius quos autores ſequatur, nullus eſt Norbanus: & in manuſcriptis exemplaribus tãtum eſt: & quidem ut traditur nudo, nulla omnino Norbani in hoc loco mentione. D. Syllanus ſapientiæ cõpoſitiſſimæ. Quos ſequeremur prætexuimus in hoc uolumine.) Hæc duo uerba ſapientiæ cõpoſitiſſimæ neq; apte cohærent Syllano, & alioqui ſunt deprauata. Incorrupta lectio eſt hæc. Sapientes uero complures, quos ſequentes prætexuimus in hoc uolumine. Aliquot inquit reges & duces ſcripſerunt de agricultura, ſapientes uero. i. philoſophi complures. Cap. VI. Nouiſſimus uillã in Miſenenſi poſuit C. Marius ſepties conſul, ſed peritia caſtrametandi, ſicut cõparatus ei in cæteris etiam Sylla felix, quos cæcos fuiſſe dicere conuenit. Nec iuxta paludes ponendam eſſe, neq; aduerſo amne.) Næ hic caſtigator noſter magno conatu magnas nugas attulit. Nunc uide germanam lectionem. ſic ut comparatos ei cæteros etiam Sylla Felix cæcos fuiſſe diceret. Cæcos ideo, quod cum Marius nouiſſimus in Miſenenſi uillam ædificaret, tamen cõmodiſſimo eam ſitu poſuit, quem alij præoccupare neglexiſſent ob imperitiam eligendi. Id teſtimonium eo grauius fuit, quia ab inimico prolatum. poſtea ſequitur, Conuenit nec iuxta pal. &c. Non fraudabo magnitudine hac quoq; ſua Cn. Pompeium.) Vera lectio: non fraudando magnitudine hac quoque ſua Cn. Pompeio, Qua locutione per ſeptimum caſum cum ſæpe Plinius utatur, tamen caſtigatores ferè ſemper mutare eam auſi ſunt. Omnium ſententijs abſolutus itaq; eſt. Profecto opera non impenſa cultura conſtat.) Diſtinguẽdum aliter hoc modo. Omniũ ſententijs abſolutus. Itaq; eſt profecto, opera non impenſa cultura conſtat. Fruteta igni optime tolluntur.) Lego frutecta. Sic enim à frutice frutectum denominatur, ſicut à carice carectum. Cap. VII. At communis quadrupedum hominumq; uſui lupinus.) Commune lupinum, neutro genere, legi debet. Sed nullum frumento ponderoſius.) Lege: Sed nullum frumentum ponderoſius eſt. nam Plinius milium quoq; frumenti genus facit, ut ex quo tum panem ruſtica plebs cõficeret, cum hodie in pulte ſit eius uſus, in paniſicio perraro. Et fortunatam Italiam frumento caneſcere candido.) Magis conuenit canere quàm caneſcere inchoatiua forma: nec habent inchoatiuum uetera exemplaria. Sequenti uerſu lege, peculiaris hodieq;. Adijcit Sardium ſex libras.) Vetus lectio: adijcit Sardum ſeſibras: quod ueriſimilius eſt, cum ſequatur: Bœoticum totam librã addit. porrò ſeſibras diſtributiue dixit. Lex naturæ certa eſt in quocunq; genere. Pani militari tertia portio ad grani pondus accedit. Sicut optimũ eſſe frumentum quod in ſubactu congium aquæ capiat.) Emendata lectio: Lex certa naturæ, ut in quocunq; genere pani militari tertia portio ad grani pondus accedat: ſicut optimum frumentum eſſe, quod in ſ. c. a. c. Quibuſdam in permixtis, ut Cyprio & Alexandrino.) Rectius, Quibuſdam in binis mixtis. Quod quadrageſimo die quo ſatum eſt mature ſcit.) Lege, quàm ſatum eſt. Proximum trimeſtri, quod eſt minime põderoſum, tritico.) Scribo: Proximum è trimeſtri quodam minime ponderoſo tritico. Probatur autem leuitate & leuore, atque ut recens ſit. Iam & Catonis dicto, apud nos hordei farina ad medendum utuntur.) Verior antiqua lectio: atq; ut recens ſit, iam & Catoni dictum. Apud nos hordei farina & ad medendum utuntur. Significat autem amylũ tametſi rem exoticam, tamen iam tum ætate Catonis Romæ fuiſſe notum. Ignibus durato, ac poſtea emollito.) Molito, non emollito. Ita ſapientes agricolæ triticum cibarijs tantum ſerunt.) Legendum, Itaq; ſapientes. Quod in Hiſpania & Carthagine Aprili menſe collectum eſt.) Lego in Hiſpaniæ Carthagine. Ea eſt Carthaginenſium colonia, ab aliquibus Noua, alijs Spartaria cognominata. Cap. VIII. Aegyptus ſimilaginem conficit è tritico ſuo, nequaq; Italiæ parem.) Scribo Italicæ. Obſidionis famem deſcribẽs.) famem exprimens eſt in emendatis codicibus. Cap. X. Tritico nihil eſt fertilius: hoc enim natura ei attribuit.) Vetus lectio: hoc ei natura tribuit, Sequẽti uerſu eſt Byzacio Africæ campo, non Byzantio. Triticum ante perfundi aqua multa iubet, poſtea euelli, deinde ſole ſiccatum pilo repeti.) Euelli hic male conuenit, ubi de piſtrinis ſermo eſt. Magis placet quod habent uetera exemplaria, eualli, Sicut paulo poſt iterum eodem uerbo utitur Plinius. Et ipſa autẽ, inquit, quæ eualluntur uariam piſturarum rationem habent. Acus uocatur cum per ſe pinſitur ſpica. Eualli frumentum intelligo, dum repurgatur modo, non etiã frangitur. Id Baſilienſes molitores uernacula ſua lingua renlen dicunt: quomodo alij uocent neſcio. Cap. XI. Vulgo uero nec ſufferuere faciunt

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171286-p0734-3 DFG

re faciunt.)Lege,sufferuefaciunt,composita dictione. Cum apud ueteres ponderosissimo cuiq; præcipuo tritico salubritas perhibita sit.)Crassum hercle erratũ,pro ponderosissimo cuiq; tritico præcipua salubritas. A festinatione,ut speusici.) Imo speustici. Non pridem etiam è Parthis aduecti.)Lege è Parthis inuecto,aliàs oratio erit parum congrua. Durat sua Piceno in panis inuentione gratia,ex alicæ materia: cum nouem diebus macerata, decimo ad speciem tracta,& subacta uuæ passæ succo est.Ibi postea in furnis,ollis indita quæ rumpantur ibi,torrent.) Admetiar & hic totidem uerbis ueterem lectionem:ea per se satis coarguet istam suppositiciam.eum nouem diebus macerant,decimo ad speciem tractæ subigunt uuæ passæ succo: postea in furnis, ollis inditum quæ rumpantur ibi,torrent. Vtitur tractæ uocabulo & Cato cap.lxxvi. Galliæ setis equorum inuenere,Hispaniæ lino.) Scribe,Galli è setis, Hispani è lino. Sed inter hæc dicatur prima & alicæ ratio.)Melius manudescripti libri. Sed inter prima dicatur & alicæ ratio. Inter prima,sicut in primis. In Campania tamen laudatissimus campus est montibus subiacens..) Lego laudatissima,& aliter distinguo:sicut Veronensi Pisanoq; agro,in Campania tamen laudatissima. Deinde est nouæ orationis initium. Campus est montibus subiacens. Alica adulterina sit maxime è Zea.)Rectius,Alica adulterina sit,maxime quidem è Zea. Cap.XII. Ob hoc Pythagorica sententia damnata:uel,ut alij tradidere,quoniã mortuorũ animæ sunt in ea.) Vetus lectio: Ob hæc Pythagorica sententia damnata:ut alij tradidere,quoniam mortuorum animæ sunt in ea.

Est enim arietino capiti simile,unde ita appellatur. Album nigrumq; est & columbinum,quod alij uenerium uocant,candidum,rotundum,leue. Arietino minus,quod religio peruigilijs adhibet.Est & cicercula minuti ciceris,inæquales angulos habens,ueluti pisum.) Hæc partim sunt deprauata,partim(quod non leuius est crimen)perperam distincta: quamobrem totam orationem retexam,Est enim arietino capiti simile,unde ita appellatur,album nigrumq;:est & columbinum, quod alij uenerium uocant,candidum,rotundũ,leue,arietino minus,quod religio peruigilijs adhibet.est & cicercula minuti ciceris,inæqualis,angulosi,ueluti pisum. Siliquæ rotundæ ceteriq; leguminum longæ)que redundat. Cap.XIII. In transcursu eas attigere nostri.) Scribo ea. Sunt enim rapa Plinio ubiq; neutri generis, sicut mox,Quadrupedes & fronde eorum gaudent:non earum. Masculinum fœmininumq;.)Antiqua scriptura: masculum fœmininũq;, ac rursum ὥθιε ὦν rapam lætiorem,pro eo quod recte erat.Rapa lætiora. Cap.XI. Degeneratq; ex leguminibus cracca.)Lege: degeneransq;. nam & hæc pabulum est. Marris à solo radi.)Melius ad solum.quemadmodum dicimus ad uiuum radi. Cap.XXI. At in Bactris, Africa,Cyrene,omnia hæc superflua:quę fecit indulgentia cæli.)Sincera lectio:omnia hæc superuacua fecit indulgentia cœli. Cap.XXII. Vt mersis capitibus totis eas quærant uiribus.) Viribus abundat.Satis est, mersis capitibus totis.& attestantur antiqui codices.

Cap.XXIII. Nisi hic male substrauisse pecori colonum appareat,)Integra lectio: nisi hoc contingat,male substrauisse pec.col.appareat. Cap.XXIIII. Id enim optimum,quoniam grauissimum:neq; alio modo utilius dispergitur.)Antiqua scriptura:utilius discernitur,

Nihilq; in contrarium præripere quadam falsa diligentia.)Hæc uerba neq; cohærent cum superioribus,neq; sensum habent probum.Germana lectio est:idq; in contrarium præcepere quidã falsa diligentia. Spes ardua & immensa,misceri posse cælestem diuinitatem imperitiæ,sed contemplanda tamen,grandi uitæ emolumeneo.) Posteriora uerba aliter leguntur in uetustis exemplaribus nempe sic:sed tentanda tam grandi uitæ emol. Cap.XXVI. Foueas aperire, aquam de agro pellere.) Vetus lectio:Incilia aperire,aquam de a.p. Cap.XXVII. Dedi ecce tibi herbas horarum indices.& ut ne sic quidem oculos tuos à terra reuoces.Heliotropiũ ac lupinum circumaguntur cum sole.)Antiqua scriptura melius:& ut ne sole quidem oculos tuos à terra auoces,helitropium ac lupinum circumaguntur cum illo. Cap.XXVIII. Ex hoc usq; ad brumam decrescunt dies,qui creuerunt sex mensibus.At sol ipse ad aquilonem scandens, asper,ardua emensus ab ea meta incipit flecti.) Hæc lectio aliquot manifesta errata habet, in uetere nihil est offendiculi.In hoc usq;,à bruma dies creuerunt sex mensibus. Sol ipse ad aquilonem scandens,ac per ardua enisus,ab ea m. i. f. Et huius ueterinorũ pabulo uersa folia stringis,stringẽs autem deputas.) Sincera lectio: & huius uertam. pabulo folia eius stringis, uitem deputas. Hæc lectio collata ad præcedentia,quæq; mox sequuntur,magis etiam probabitur,euidentius ueritate eius elucente.nos breuitati studemus. Transisse solstitium cantu ne putes.) Emendati codices: Transisse solstitium caueto putes. Nec quęq; unquam annonæ intulere caritatem.)Lege quæq; nunq; an.in.ca. Cap.XXX. Ritus diuersitatem magnitudo facit messium,& raritas operariorum.)Elegantius est,& caritas operarum. Alij omnino pendunt,& ab afflatu extenuari granum arbitrantur.)Quid est,omnino pendunt? Legendum, alij omnino pendente tabulato extenuari gra.arb. Cap.XXXI. Vindemiator Aegypto non exoritur.)Scribo, Vind.Aeg.nonis exoritur.& paulopost, Arcturus uero medius,non Medis. Sed iam & calendis Ianuarij defectu uasorum uindemiantes uites uidi.)uites superfluit. Cap.XXXV.

Cum

Cum repente ſtellarum fulgor obumbratur,uti neq; nubilo neq; caligine fluitans,graues denũ ciantur tempeſtates.)Noſtra exemplaria rectius.Cum repente ſtellarum fulgor obſcuratur, idq; neq; nubilo neq; caligine,pluuia aut graues denunciantur tempeſtates. Cumà ſeptentrione, uentum.)Illic legitur,uentum eum.ſ. aquilonem. Sole occidente,ſi ex utraq; parte eius cælum patet,tempeſtatem ſignificabunt.) Cælum petent. ſ.nubes.Niſi ita legas,non eſt quo referas uerbum ſignificabunt. Delphini tranquillo mari laſciuientes, flatum,ex qua ueniunt parte: item ſpargentes aquam,item turbantes tranquillitatẽ.) Poſterior pars caſtiganda ſic: item ſpargentes aquam turbato,tranquillitatem. Secq; lambentes contra pluuiam.) Lege,contra pilum. Formicæ abſconditæ concurſantes.)Addenda particula uel.abſconditæ,uel concurſantes.

EX LIBRO DECIMONONO Cap. I

TEctumq; rurſus tunditur clauis.)Lego,textumq;.ut de tela intelligatur. Quaternis denarijs ſtipula eius permutata quondam ut auri.)Equidem ſtipulas auri nuſquam antea reperi. In manuſcriptis exemplaribus legitur,ſcripula.id ponderis genus eſt. Ad cliuum uſq; in Capitolium,)Rectius,ad cliuum uſq; capitolinum Cap. II. In ſicco præferunt è canabi funes. Et ſpartũ alitur etiã demeſſum,ueluti natalium ſit impenſa.)Germana lectio.at ſpartũ alitur etiam demerſum,ueluti natalium ſitim penſans.Superius enim dixerat,iuncum eſſe aridi ſoli. Diſtinguuntur & colore,ruffo nigroq;,& intus candido.Laudatiſſima ſunt quæ Africæ creſcunt.Anne uitium id terræ,neq; enim aliud intelligi poteſt,malum ne id ea protinus globetur magnitudine qua futurum eſt,& uiuat ne,an non,haud facile arbitror intelligi poſſe.) Ita quidem legitur in uulgatis editionibus,ſed longe aliud eſt in emendatis exẽplaribus manu deſcriptis.Diſtinguuntur & colore,ruffo nigroq;,& intus candido,laudatiſſimæ Africæ.Creſcant,an ne uitium id terræ (neq; enim aliud intelligi poteſt)ea protinus globetur magnitudine qua futurũ eſt: & uiuant ne, an nõ, haud facile arbitror intelligi poſſe. Cap. III. Diuq; iam non aliud ad nos inuehitur,quàm quod in Perſide aut Media & Armenia naſcitur laſer,multo infra Cyrenaicũ. Id quoq; adulteratur gummi.) Vetus lectio,quàm quod in Perſide aut Media & Armenia naſcitur large,ſed multo infra Cyrenaicum:id quoq; adulteratum gummi. Mirum quantũ conferens cãdori mollitiæq;. Aeque naſcitur ſatiua ubiq;.)In uetuſtis codicibus tantum eſt,Naſcitur ſatiua ubiq;.Aeque Echo opinor addidit,quòd præcedens oratio in eas ſyllabas exeat. Cap.IIII. Alias in Numidia atq; Aethiopia in ſepulchris aucupari,aut pugnare cum feris mandi ab eo cupientem quod mandat alius.)Caſtigauimus ex fide archetyporum hoc modo:alias in Numidiam atq; Aethiopiæ ſepulchra: aut pugnare cum feris,mandiq; capientem quod mandat alius. in Numidiam peti, quod uerbum eodẽ uerſu præcedit:non in Numidia aucupari,cum nullum ſit aucupium numidicarũ, quæ cicures ſunt gallinaceiq; generis.de his enim accipiendum eſt. E frugibus quoq; quoddam alimentum excogitaſſe luxuriam.)Lego addendo,excogitaſſe ſibi luxuriã.ac mox, alio pane procerum,alio uulgi,non alios. Et quæ minime accederent ad deſiderium panis.) Vitiauit elegantiam ſermonis,quiſquis hic ad propoſitionem de ſuo addidit. Scribendum erat, accẽderent deſ. ac mox,Iam quoq; in feneſtris, quoq; ſuperuacaneum eſt, nec habetur in emendatis codicibus.

Et contingat aliqua gratia operi curæq; noſtræ,) Mollior eſt antiqua lectio, operæ curæq; noſtræ. Cap.V. Viuunt hauſti in ſtomacho in poſterũ diem,nec perfici queunt,in cibis nõ inſalubres,tamen plurimum natant.Oleum odere mire.) Aliter legitur in noſtris exemplaribus ad hunc modum:nec perfici queunt in cibis,nõ inſalubres tamen plurimum. Natura oleũ odere mire. Quod de ſemine eius faciunt.)Lego,quod è ſemine eius faciunt. Noſtri armoracion.) Imò armoraciam.eſt enim latinum nomen. Adeo cæteris cibis prælatus rhaphanus, ut ex auro dicaretur rhaphanus.)ò battologiã. quid opus erat repetere rhaphanus? Scripſit & Morchion Græcus.)Moſchion non Morchion.Fuit eius nominis medicus,cuius libellum latine uerſum uidimus,nondum publicatũ. Ineſt longitudine neruus,qui in decoctis extrahitur.) In præpoſitio redundat.Lege,qui decoctis extrahitur. Siſer his ſeritur menſibus,Februario,Martio,Aprili.) Vetus lectio,Siſeris ſatus menſibus,Febr,&c.mox eſt,Pluribus modis auſteritate uicta,non Plurimis.Sed hoc genus leuiora non ſemper annotamus,ob euitandum lectoris tediũ. quale eſt mox melle uuisq; paſſis,cum ſcribendum ſit,uuisúe,& aliquanto poſt,folia quæ ſunt in eis ampla,pro quæ ſunt his. Effodiuntur bulbi ante uer,At deteriores ilico fiunt,ſi finduntur.) Si finduntur,ſuperfluit.Sic enim eſt in uetuſtis uoluminibus.Effodiũtur bulbi ante uer,aut de.il.fiunt.aut.i.alioqui.Sic lib.2.cap.70.aut undiq; cernerentur hæc ſidera. Cap. VI. Sectiui duo genera. hoc herbaceum folio.)hoc redundat. Sunt qui & allium & ulpicum inter opalia ac ſaturnalia ſeri aptiſſime putent.)Veteres codices,inter Compitalia ac Saturnalia. Pulchriusq; exiſtimatur tale.)Antiqua lectio:pulchriusq; tale exiſtimant quidam.Sed hoc ad ſenſum nihil refert.

Cap. VII. Mirum in betæ ſemine:non enim totum eo anno gignitur.)Non male antiqua ſcriptura:non enim totum eodem anno gignit. Nil ocimo fœcundius.cum maledictis ac probris ſerendum præcipiunt,lætius proueniet.Satum etiam pauitur trera adacta cuminum, & qui

ſerunt

ferunt precantur ne exeat.)Sincera lectio:cum maledictis ac probris ferendum præcipiunt, ut læ/tius proueniat.fato pauitur terra.Et cuminum qui ferunt precantur ne exeat. Atteſtantur uetuſti codices manuſcripti. Cap.VIII. Eſt autem ſatiuis differētia in folio.) Legendū:Et ſatiui autem differentiæ in folio. Alij coloris & temporis ſatus genera diſcreuere.)Scribo,Alij colore, & tempore ſatus,genera diſcreuere. Cappadocas,Græcas.Lōgiora his folia,caulesq; lati.) Sine cauſa mutata eſt uetus lectio.Cappadocas, Græcas, longioris has folij, caulisq; lati. Tametſi ad ſenſum perparum refert. Medici innocentiorē quàm olus eſſe iudicauere.) Verba quæ ſequun tur poſtulāt ut legamus nocentiorem,quemadmodum legitur in antiquis uoluminibus.Errori oc caſionē præbuit poſtrema litera præcedētis dictionis. Sequenti uerſu:utq; ualidis potius in cibo ſint: que redundat. Sed teneritas in dote ſit.Frigora non tolerat.)Antiqua ſcriptura rectius: ſed teneritas in dote,ſi frigora non tolerat. Eſt etiam ſua gratia nonnunq; plantæ habitum excellēti bus,halmyridia uocant.)Vera lectio ueterum exemplarium:nunq; plantę habitū excellentibus. Intelligendum eſt enim de plantis braſſicæ.huc facit diminutiua uox, ἁλμυρίδιον. Viret thyrſo primum emicante:qui caulem educēs,tempore ipſo quo faſtigiatus eſt in toros ſtringitur.)Duæ uoculæ quo & eſt redundant. Nullum gratius his ſolum quàm Rauennatiū.Hortorum indica/uimus corrudam.Hunc intelligimus ſylueſtrem aſparagum,quem Græci orminum aut myacan/thon uocant)Diſtingue,quàm Rauennatiū hortorū. Indicauimus & corrudam. Hunc enim in/telligimus ſylueſtrem aſparagum. Apricis gaudet & ſiccis, terra quāmaxime latericia.) Lego, lateraria.Latericios parietes dicimus,ex lateribus conſtructos.Lateriariā terram, quæ apta ſit fin/gendis lateribus. A Cornelio Cethego in conſulatu collega Q.Flaminij.) Quintius Flamini/nus eſt uerum nomen. Sinapi nulla cultura, melius tamen planta relata.) Legendum, planta tralata. Cap.X. Nanq; & ocimum ſe necat, degeneratq; rite in ſerpyllum.) Vera lectio, Nanq; & ocimū ſenecta degenerat in ſerpyllum. Item contra formicas.) Lege,Idem.ac mox: remedium monſtrauit limum marinum aut cinerem obturādis earum foraminibus.pro eo quod uulgo deprauate legitur,limo marino aut cinere obturatis. Naporum medicinæ ſunt.) Scribo, medicina eſt.& proxime ſequenti uerſu,Quo ſi amiſſo, non Quæ. Cap.XII. Solum/modo ex omnibus lapathū ſylueſtre melius.Hoc inſatiuum rumex uocatur,naſciturq; fortiſſimū. Traditur ſemel ſatum durare,nec unquā uitiari terra.)Demiror quam ob rem caſtigatoribus ui/ſum ſit ab archetypo hic diſcedere.Vetera exemplaria habent ſic:Solum uero ex omnibus lapa/thum ſylueſtre melius.hoc in ſatiuis rumex uocatur,naſciturq; fortiſſimū.traditur certe ſemel ſa/tum durare,nec uinci unq; à terra. Quæ ſunt ſylueſtria.) Atqui non de ſylueſtribus ſermo eſt, ſed de hortenſibus.Legendum igitur,Quæ ſunt & ſylueſtria. Alioquin extra inſidit pulueris modo.)Vetus lectio:aliquando extra inſidit.Sed perparū refert utro modo legas. Apio eximi in coctis obſonijs aceto,in eodem cellario in ſaccis odorem uino grauem.) Quis intelliget hæc? Sincera lectio:Apio eximunt coqui obſonijs acetū,eodem cellarij in ſaccis odorem uino grauem

Vera aūt uniuſcuiuſq; natura nō niſi medico effectu prænoſci poteſt.) Pernoſci,non prænoſci.

EX LIBRO VIGESIMO. Cap. I

SVſcipitur aqua cœleſti,atq; ſubſidet.Deinde in ſole cogitur in paſtillos.)Legendum,atq; ſub/ſidit. deinde ſole cogitur. Idq; melius quo uetuſtius erit,quod iam CC annis ſeruatum eſſe, autor eſt Theophraſtus.)Nec hic uideo cur mutanda fuerit uetus lectio, niſi quod caſtigatores, dum archetypa legere neſciunt,nihil non corrumpunt.Atqui non ſatis eſt ſolum ſenſum utcunq; reddere,uerba etiam ipſa autoris optima fide annumeranda ſunt. Repoſuimus igitur uetera hoc modo.Meltus quo uetuſtius:fuitq; iam CC annis ſeruatum,ut autor eſt Theophraſtus. Partus uero,ſi in arietis lana alligatum inſciētis lumbis fuerit,ita ut protinus ab ea eximatur,& rapiatur extra domum ipſam.) Vtrum tandem iubet eximi,partum ne ipſum, an ſemen adalligatū? atqui neutrum quadrat.Sequamur & hic antiquam ſcripturam: ita ut protinus ab exitu rapiatur extra domum.Iam euidens eſt,de ſemine accipiendum,quod raptim ab exitu fœtus efferri domo uult, quod omnis mora periculoſa ſit.Tanta uis educendi ineſt.Supereſt una uox, ipſam. Lege ipſum. ut cum ſequentibus cohæreat:Ipſum cucumim,& reliqua.nam hactenus de ſucco & ſemine eius loquutus eſt. Cap.II. Sanat & humores ſubitos.)Tumores,non humores. Radix ſa/nat ulcera concreta in modum faui,quem cerion uocant.)Scribo,quæ ceriō uocant. nam melius ad ulcera refertur.nec aliter legitur in emendatis codicibus. Item millepedem: ſepa Græci uo/cant.)Lege,millepedæ.ſ.morſus. Et putreſcit locus ipſe. Cucumis odore defectum animi.) Diſtingue,Ipſe cucumis.Idem erratum & proximo capite annotauimus.ò caſtigatores peruerſe grammaticos.legendi ſcribendiq; ex æquo imperitos. Cap.III. Non niſi ſaxoſis naſcens.) Adde præpoſitionem in ſaxoſis. In morbo uero regio utiliter ſemina eius inſumuntur.)Legen/dum,In morbo regio utiliter ſemina eius ſumuntur. Item ſpinæ & lumborum ac coxarum do/lores.)Lego,coxendicum. Et ardores capitis,& maxime infantium.) Vetus: & ardores capitis, infantium maxime. Democritus in totum ipſum abdicauit in cibis.)Rectius in totum ea ab/dicauit.ea.ſ.rapa.& ſequenti uerſu ab eis,non ab eo. ibidem condirentur, non condiretur. item prodeſſe non prodeſt,ut ex autoritate Dionyſij dictum accipiamus: & iam antea monui de rapo

neutri generis,quod perpetuo raparius iste castigator in rapam transmutauit,quòd uulgus ita loquatur. Hoc ad albicandam cutem.) Albicare latinum non est,hoc significatu.ad leuigandam legi debet,non albicandam.ac mox: Nam ut supra diximus,erui,hordei,tritici,& lupini radix ad omnia inutilis.)Hoc nusquam superius dictum est, & primæ quatuor uoces non habentur in uetustis codicibus.quamobrem & nos deleuimus. Cap.IIII. Quanq; & alibi nascitur, utilior urinæ duntaxat eijciendæ.) Ciendæ, non eijciendæ. In aqua folijs eius decoctis,bibere uel succum ipsius cyathis binis.Contra phlegmoni ipsos illinire tusos utile.Inchoantibus uero recentem corticem cum melle.)Hic fœdissimam deprauationē sustulimus,adiuti exemplaribus antiquis.Legendum enim,Aquam folijs eius decoctis bibere,uel succum ipsius cyathis binis cōtra phthiriases:Phlegmoni ipsos illinire tusos,liuori uero recenti corticem cum melle.Nec est necesse addere hanc dictionem,utile.pendet enim oratio à pręcedenti uerbo Prodest. Cęterum cerastis scorpionibus aduersatur,uel ipso semine infectis manibus impune tractantibus. Imposito raphano scorpionibus,moriuntur.)Nō multo mitius hunc locum deprauator tractauit.Castigauimus unde & priorē hoc modo.Cætero scorpionibus aduersatur: uel ipso uel semine infectis manibus impune tractabis:impositoq; raphano scorpiones moriuntur. Hydropicis quoq; & aceto & sinapi sumpti.) Scribo,ex aceto aut sinapi sumpti. Hippocrates capillis mulierum defluos fricari raphanis.)Vetus lectio:capitis mulierum defluuia fricari. Cap.V. Et Phagedænas ulcerum sistit recens cum melle impositum. Vel aridæ farinæ insperſam radicem eius Dieuches &c.) Lege & distingue sic.& phagedænas ulcerum sistit recens cum melle impositū, uel aridum farina insperſum.Radicem eius Dieu.&c. Inde quoq; est prouerbium.) Melius:Indeq; est prouerbiū.

Similimam staphylino herbam serit,quam alij gingidion uocant. Tenuius tamen & amarius, eiusdemq; effectus est coctum crudumq; stomachi magna utilitate.) Ex his uerbis intelligitur gingidion coctum eiusdem effectus esse cuius crudum. Atqui Plinius aliud dicit,uidelicet gingidij eundem esse effectum,quem staphylini.Sed nihil mirum si deprauatis uerbis & perperam distinctis etiam sensus uitiatus est.Proinde rectius legetur hoc modo: quam alij gingidion uocant, tenuius tantum & amarius,eiusdemq; effectus. Estur coctum crudumq;,stomachi magna utilitate.

Fastidium abstergit.)Absterget grammatista nescio quis mutauit in abstergit,quasi uero alterū parum latine dicatur. In eadem sententia est Diocles.) Lege addendo,In eadem sententia est & Diocles. Heraclides contra argentum uiuū dedit,& Veneri subinde offensantem,ægrisq; se recolligentibus.Hunc Hicesius ideo stomacho utilem uideri dixit,quoniā nemo tres siseres edendo continuaret:esse tamen utilem conualescentibus & ad uitam transeuntibus.) Primum offensanti legendū pro offensantē.deinde particula hunc superfluit.præterea utile bis mutatum est in utilem, non recte.Apparet enim siser inter illa nomina cōnumerari,quæ genus cum numero mutant. Superius enim dixerat,Siser erraticū satiuo simile est. Sed grauissimū est erratum, quod nescio quis pro ad uinum transeuntibus,scripsit ad uitā transeuntibus,non sentiens uerba hęc de hydroposia ægrorum & œnoposia intelligenda. Et quoniā plerosq; similitudo nominum Gręcorum cōfundit,contexemus & de seseli.) Vetus lectio hic & in indice de sili.nec erat necesse græcā uocem pro latina supponere.quod enim græci medici σέσελι μακεδονικὸν uocant, apud Marcellum qui sub Theodosio floruit,sil Massiliense legitur.qui mutauit lectionē,putabat sil,pigmēti tantum nomē esse,cū sit uox polysema. Boū morbis medetur uel si contritū infunditur.)Satis erat:Boum morbis tritū infunditur: nec egebant Pliniana uerba tali interpolatore. Siccata autē in umbra farina tusa & conuulsis & inflationibus & arterijs medetur.) Legendum: Siccatæ autem in umbra farina tussi & conuulsis &c. Satiuæ olfactu ipso & delachrymationi & caligini medentur, magis uero succi inūctione.) Caligini tantum his uerbis remedia traduntur, si legamus ita ut Plinius scriptum reliquit, nempe sic: olfactu ipso & delachrymatione caligini medentur. Significat delachrymationem acrimonia ceparum excitam oculorum caligini prodesse. Purgamenta quoq; earum cremata in cinerem illinentes ex aceto serpentium morsibus, inter ipsasq; multipedes ex aceto.) Dele inter, & pro multipedes repone multipedæ.s.morsibus.Ipsasq;, uidelicet cepas. Et si succum ieiuni quotidie edant.) Succum superuacanea dictio est. Stomacho utilia esse,ac spiritus agitationi.) Lege,stomacho utilia esse spiritus agitatione.Apparet eundem castigatorem supra in hoc ipso capite ex delachrymatione fecisse delachrymationi. Cap.VI.

Porro sectiuo profluuia sanguinis sisti in naribus, contrito eo obturatis.) Scribo, Porrum sectiuum profluuia sanguinis sistit, naribus contrito eo obturatis. Neque enim hoc ita ut superius ex autoritate Varronis refert,sed transitum facit ad aliam speciem: quemadmodum est uidere in emendatis exemplaribus. Vlcus aciem hebetans,& in angulo oculi perpetim humor emanans.) Lege,perpetuo humore manans. Epinyctidis est descriptio. Sanguinem reijcientibus succus eius cum caule aut thuris farina uel acacia datur.)Scribendum cum gallæ aut thuris farina. Allio magna uis,magnæ etiam utilitates,contra aquarum & quorumlibet locorum mutationes.) In uetustis uoluminibus nec Etiam est, nec Quorumlibet. Aconitum, quod alio nomine pardalianches uocatur,depellit:item hyoscyamum:contra canum morsus. Inq; uulnera cum melle imponitur.) Vetus & sincerior lectio; A.q.a.n.p.uocatur,debellat:item hyoscy-

amum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171286-p0738-6
DFG

amum,canum morſus,in quæ u.&c. Attritisq; corporum partibus, uel ſi ueſica intumuerit.) Scribendum, uel ſi in ueſicas intumuerint.hoc eſt, etiamſi ueſicas produxerint attritæ partes.

Vel ſi decocta aqua colluantur.)Decocti,non decocta.Porrò ſi indicare pergam quotieſcunq; in diſtinguendo peccatum eſt,uerior ne lectori tedioſum ſit. Sic & uoci plus confert.) Plus redundat. Aut ſi ſanguis etiam excreetur uel purulẽta ſint.Et pituitæ ſub pruna coctum, potum, & cum mellis pari modo ſumptum.)In antiquis uoluminibus tantum eſt: Aut ſi ſanguis excreetur uel purulenta,ſub pruna coctum,& cum mellis pari modo ſumptum. Cætera uerba ſatis apparet eſſe nugatoris alicuius additamenta. Quartanas quoq; excutere potum caput unum cum laſerpitij obolo.In uino auſtero tuſſim,& alio modo acceptum. Suppurationes quantaslibet ſanat,fractæ incoctum fabæ,atq; ita in cibo ſumptum.) Omnia hic confuſa ac uitiata, diſtinguenda emendandaq; in hunc modum,idq; ex fide archetyporum, ut reliqua. Quartanas quoq; excutere potum caput unum cum laſerpitij obolo in uino auſtero. Tuſſim & alio modo ac pectorum ſuppurationes quantaslibet ſanat,fractæ &c. Senſus eſt,tuſſim & hoc modo ſanari,& illo altero remedio iam contra quartanas dicto. Iumentis urinam reddere, atq; non torqueri tradunt.) Iumenta,non iumentis. Cap.VII. Huius lac expiſſatum.) Scribe, ſpiſſatum.

Thyrſo & folijs ſcabritia.)Vetus lectio:& ipſo & folijs ſcabricia.& ipſo.ſ.caule, quod nomen proxime præcedit. Quidã & è ſatiuis colligunt,ſucco minus efficaci.)Melius legetur,Quidã & è ſatiuis colligunt ſuccum minus efficacem. & tertio inde uerſu: nunc non paucæ reſtant, nunc ſuperfluit, Nec ulla res maiorem in cibis auiditatem incitat inhibetq;.Eadem in cauſa alterutrinq; modus.)Lege & diſtingue: Nec ulla res in cibis auiditatem incitat inhibetq; eadem: in cauſa alterutraq; modus eſt. Nunc pulchre cohærebit quod ſequitur: Sic & aluum copioſiores ſoluunt,modicæ ſiſtunt. Cap.VIII. Nigræ radices ita in aqua coctæ, pruriginem tollunt.) Lege,porriginem tollunt. Cap.IX. Ergo uel cum uino tritam ſorbendam, uel ex olei intinctu ſumendam.) Incorruptior lectio, Ergo uel cum his tritam ſorbendam, uel ex hoc intinctu ſumendam. pendet enim hæc oratio à præcedente. Et alij compeſcere mala corporis.) Lege addendo: & alij uero. Semen eius toſtum auxiliatur contra ſerpentes, fungorumq; uenena. In tauri ſanguine folia cocta ſpleneticisq; in cibo data,& cruda illita cum ſulphure & nitro,proſunt.) ò bellum medicum: hic nimirum tauri ſanguinem etiam pro antidoto præberet.germana lectio eſt hæc:contra ſerpentes,fungorumq; uenena,& tauri ſanguinem. Folia cocta ſpleneticis in cibo data,&c. Neruis utiles:ideo & paralyticis dantur iuxta in pedibus.Qui ſunt ruffi ex his citiſſime ſanant.) Lege & diſtingue:ideo & paralyticis dantur. Luxata in pedibus qui ſunt ruffi &c. Elixos aſſis minus utiles eſſe adijciunt.) Scribo adijcit.ſ. Diocles.

Cap.X. Veſicæ quoq; niſi coctum aqua.Si canibus detur,occidi eos.) Diſtingue & caſtiga ſic: Veſicæ quoq; niſi decoctum:quæ aqua ſi canibus detur,occidi eos. Alioqui canes non ueſcuntur aſparagis. Cap.XI. Verum apud eruditos non aliud erutum terra in maiore ſententiarum autoritate eſt.) Varietate,non autoritate. Nam id defunctorum epulis feralibus dicatum exiſtimatur.Ipſius quoq; uiſus claritati inimicum.)Lego,epulis feralibus dicatum eſſe, uiſus quoq; claritati inimicum.Nam hoc ex Chryſippi & Dionyſij autoritate refertur:ideoq; melius per infinitum legitur abſq; uerbo exiſtimatur. Semẽ datur ex tribus cyathis ex uino albo.) Antiqua ſcriptura potior:Semen datur & arquatis ex uino albo.arquatis.i.icſtericis Cap.XII. Ocimum quoq; Chryſippus grauiter increpuit,inutile eſſe dicens ſtomacho,urinæ, oculorum quoq; claritati.) Duo uerba eſſe dicens,aliquis de ſuo adiecit,mirum ni elegantiæ cauſa. Alij uero ſi eo die feriatur quiſpiam à ſcorpione qui ederit ocimum, ſanari non poſſe.) Vera lectio: Afri uero, ſi eo die feriatur quiſpiam à ſcorpione,quo ederit ocimum,ſeruari non poſſe. Secutæ ætas alacriter defendit.)Rectius, acriter defendit. Cap.XIII. Seſtius adijcit,hoc ſerpẽtes fugare.) Vetus lectio:Sextius adijcit,uſtum ſerpentes fugare. Multi ſucco eius cum melle attrito inuncti.)Lege,cum melle attico. Dederunt & cum bitumine infrictam.)Infriatam,non infrictam. Item uitiligines uel rugas,ſtrumas,& ſimilia cum hircino & adipe ſuillo.)Codices uteres.Itẽ uitiligines,uerrucas,ſtrumas,& ſimilia,cum ſtrychno & adipe ſuillo. Cap.XIIII. Iis commanducatis & impoſitis ſanari elephantiam,ſicut Magni Pompeij ętate,fortuito cuiuſdã experimẽto,propter pudorem facie illita compertũ eſt.)Elephantiaſin,non elephantiã hũc morbum Plinius uocare ſolet.Legendũ igitur pro Elephantiã ſicut,elephantiaſin,& bene habebit tota oratio. Mentæ ipſius odor animũ excitat,& ſapor auiditatem in cibis:ideo in mammarũ mixtura familiares ipſæ acceſſere,ut coire denſereq; lac non patiantur.)Tota uia aberratũ eſt. Vera lectio eſt hæc,ideo embammatũ mixturæ familiaris. Ipſa aceſcere ac coire denſeriq; lac non patitur.Embammata græce uocantur intinctus,ad excitandam orexim inuenti. Recentis ſuccus natium uitia ſpiritu ſubducto emendat.)Scribo.ſpiritu ſubductus. Impetigines quoq;,uel ſi tenerum atur tantum,prohibet.)Intertrigines legendum,quemadmodũ eſt in archetypis. Morbo regio in uino albo ab alienis datur.)Lego,à balineis datur. Cap.XV. Propter colum quoq; bibitur,illiniturq; uel penicillis feruens, uel aſtringitur faſcijs.) Vetus lectio:Propter colum quoq; bibitur illiniturq;, uel penicillis feruens apprimitur faſcijs. Sunt & quidam qui cunilam bubu

ſam appellauerint.)Quidam ſuperuacanea uox eſt hoc loco. Cap.XVI. Trita mellis odorem habet,digitis tactu eius cohærentibus.)Melius cohærescentibus. Cap.XVII. Luxata & contusa in aceto.)Archetypa,Luxata & incussa. Vrinam & menstrua ciet.) Plinius scripsit: urinam & menses ciet.sicut paulo post,Pythagoræ inter pauca laudatum,non à Pythagora:quod genus deprauationis frequens est in hoc opere. Epiphoris oculorũ radicem eius tusam imponit sollas.) Lege addendo,è uino rad.e. Dysentericis & tenasmis datur.)Rectius, dysentericis & in tenasmo. Semen hydropicis & cœliacis dedit tritum cum menta. Verũ & radicem ad renes.) Castigauimus ad exemplaria hoc modo:tritum cum menta è uino:radicem & ad renes. Pythagoras quidem non corripi uitio comitiali in manu habentes.)Legendũ,Pythagoras quidẽ negat corripi. Cap.XVIII. Sed satiui albi calyx ipse teritur,& bibitur sommi causa,Semen elephantijs medetur.)Scribendũ erat,& è uino bibitur.Item,elephantiasi.nõ elephantijs. Succus & hic,& herbæ cuiusq;.)Lege cuiuscunq;.Sequenti uersu,ut lactucis,non aut. Prætorij uiri patrẽ in Hispania baiuli)Bauili malim,ut sit loci nomen,quemadmodum dicimus Bilbili,Sacili. Cum his aurium dolori instillatur.)Melius:cum hoc & aurium dolori.cũ hoc.s.rosaceo. Sic & folijs ipsis utuntur ad sacros ignes.Item uulnera cum aceto.)Si sic legamus,& podagrę unũ remedium peribit,nec sacro igni suũ ut oportet adhibebitur.Sincerã lectionẽ etiamnũ retinent antiqui codices.Sic & folijs ipsis utuntur.Item ad sacros ignes & uulnera ex aceto. Experimentũ opij est primum odore: sincerum enim perpeti nõ mos est. Dein in lucernis.)Indidem castigauimus & hæc. Sincerũ enim perpeti non est.mox in lucernis. Sed hic latinitatis grauior iactura est quàm sensus. Fœdiore mendo mox pro in pustulas coit,scriptũ est.in posca coit:cum tamen experimentũ fiat in aqua,non in posca. Cap.XIX. Inter satiua est & sylueſtria medium genus, quod nisi in aruis esset sponte nasceretur,rhœã uocauimus & erraticũ.)Lectio uetus magis Pliniũ sapit: Inter satiua & sylueſtria mediũ genus,quontã in aruis sed spõte nasceretur, r.u. & e. Alterum est in sylueſtribus generibus heraclion,uocatur ab alijs aphron)Elegantior est uetus lectio. Alterũ è sylueſtribus genus heraclion uocatur,ab alijs aphron. Cap.XX. Dysenteriæ & uomicis datur ex aceto.)Nostra exemplaria habẽt,estur ex aceto. Caput inde litum distillationẽ toto anno non sentire.)Illic legitur:caput illitum ea distillationem anno toto non sentire. Aliquãto post pro Coquitur difficillime reposuimus,coqueretur.refertur enim ad præcedentem particulã Tanq;.

Hippocrates uuluarũ uitijs id infundi.)Lege,infundit. Duritias omnes uel cocto uel crudo utiliter illini putant.)Scribo,putauit.s.Lycus. Cocto aut per se,aut cum malua, aut lenticula.) Rectius,uel per se,uel cum malua aut lenticula. Cap.XXI. Aculeos omnis extrahunt illitæ crudæ,aut cum anetho potæ. Decoctæ uero cum radice sua leporis marini uenena restringunt.)Incorrupta scriptura aliter habet:illitæ crudæ cum nitro.potæ uero decoctæ cum &c.

Nec lapathum dissimiles effectus habet.Est autem sylueſtre.)Non hoc dicit,lapathum herbam esse sylueſtrem,sed præter satiuum esse etiam aliud lapathi genus sylueſtre. Quare melius legitur adiecto &.Est autem & sylueſtre. Folijs aquosis.)Rectius acutis,ut est in ueteribus uoluminibus. Vnde etiam oxalidem appellatã uideri potest. Oxylapati semen lotum in aqua cœlesti, sanguinem prodest reijcientibus,adiecta acacia lentis magnitudine,prodest.)Prius prodest redũdat. Radicis tantum altitudine differẽs,& erga dysentericos efficacis effectus, potum ex uino.) Veteres codices habent:& erga dysentericos efficaci effectu,potu ex uino. Vt intelligamus hoc quoq; differre à reliquis lapathi generibus,quod peculiarem uim contra dysenteriam habeat.

Cap.XXII. Sensus atq; sternutameta capitis purgat.)Lege,sternutamentis caput purgat.

Et uuluarum conuersionem suffitũ excitat odore.) Melius, Et uuluarũ conuersione suffocatas excitat odore. Addito exiguo oleo & salis.)Scribo,olei & salis. Ruptis,conuulsis,spasmatum neruis salutare.)Spasticis neruis.non spasmatum. In ouum inane succum adijcit is.)Rectius addit,quàm adijcit. Fugat & odore,cominus si uratur.)Legendum fugat & odore omnes,si uratur.omnes.s.serpentes. Stomachi dissolutiones cohibet siue in cibo sumptum,siue in succo potum.)Lego,siue succo potum. Epiphoras cum thure & aqua,aut cum myrrha.Cum uino sedat parotidas.Cum melle aut adipe aut cera stomachi solutiones insperſum polentæ modo.) Aliter legitur & distinguitur in uetustis codicibus.Epiphoras cum thure & aqua,aut cũ myrrha ac uino sedat: parotidas cum melle aut adipe,aut cera: stom. s. i. p. m. Ad iocineris dolores estur cum uua passa,& ad phthisim utilissime.Semine fiunt & ecligmata.)Nimis sæpe in distinguendo peccatum est,maxime in his medicinalibus libris,aliquando non uno loco in eodem capite, ut in hoc ipso.Distinguendum ad hunc modũ.Ad iocineris dolores estur cum uua passa.Ad phthisim utilissime è semine f.e. Cap.XXIII. Prodest uesicæ cum uino leui,& fœminarũ menstruis.) Lege addendo,P.u.c.u.leni,& fœ.menstruis hærẽtibus. Cap.XXIIII. Sed ante discessum ab hortensibus.) Elegantius,Sed discessuri ab hortensibus,unam compositionẽ ex his clarissimã subtexemus.

EX LIBRO VIGESIMO PRIMO.

Cap. II

QVin & uocabulum ipsum tarde inde communicatum est.)Inde superfluit. Cap.III. Cælare eos primum instituit P.Claudius.)Malo ueterem scripturam: primus instituit.

Qui

Qui coronā parit, ipse pecuniáue eius, uirtutis ergô arguitur, quam serui equitte meruissent. Pecuniā partā lege dicit, nemo dubitauit.) Verba Plinij quibus duodecim tabularum legē interpretatur, restituimus ex fide archetyporum. Quam serui equitte meruissent, pecunia partam lege dici, nemo dubitauit. Videlicet quia serui ipsi & equi pecunia parantur. Ingensq; & his seueritas.) hinc, non his. P. Mutianus, cum demptam Marsiæ.) Munatius scribi debet. Cuius luxuria noctibus coronatū Marsyam, literæ illius describunt.) Antiqua exemplaria habent: literæ illius dei gemunt. Apparet ironiam esse. Florum quidem P.R. honorem Scipioni tantum adhibuit. Suario cognominabatur, propter similitudinem suarij cuiusdā negociatoris.) Pro adhibuit lege habuit, pro Suario Serapio. nam idem nomen fuit negociatori. Huius fit mentio & libri 7. cap. 12. Nec ei fuit in bonis funeris impensa.) Vetus lectio, Nec erat in bonis. Leuius hoc, fateor, sed cum uideam in hoc capite tam multa de industria mutata, nihil dubito quin hoc quoque mendum eidem debeamus cui cætera. Sequenti uersu est, quaq; præferebatur: nō quaq; parte fer. Et aliquanto post pro quod nocerent capiti, legendum quæ nocent. Quoniam & in hoc est aliqua ualetudinis portio, in potu atq; hilaritate præcipue, odorum ui surripiente fallaciter solertiā. Nanq; scelerata Cleopatra, apparatu belli Actiaci gratificationē ipsius reginæ Antonio timente, nec nisi prægustatos cibos sumente, fertur ab ore eius lusisse extremis coronæ floribus: ueneno illitis. Ipsaq; capiti imposita, &c) Egregie hoc loco adiuuerunt nostra exemplaria, in quibus ita legitur. in potu atq; hilaritate præcipuæ odorū ui surrepente fallaciter, scelerata Cleopatræ solertia. Nanq; apparatu belli Actiaci gratificationē ipsius reginæ Antonio timente, nec nisi prægustatos cibos sumente, fertur pauore eius lusisse, extremis coronæ floribus ueneno illitis, ipsaq; capiti imposita. Est autē perquam familiare Plinio, septimo casu orationem claudere. Quis istas timeret insidias?) Nihilo peior erat uetus lectio, Quis ita t. i. Adeo mihi, si possim sine te uiuere, occasio & ratio adest.) Rectius ironica, occasio aut ratio deest. Cap. IIII. Contra genera eius nostri fecere.) Contra redundat. Vilissimam uero plurimis, sed minutissimis, spermoniam.) Pro spermonia emendati codices habēt spineolam, à spinis denominatā, quemadmodū in alio genere coroneola à coronis nomen traxit. Pangæus nanq; mons in uicino ferè est.) Lege, Pangæus mons in uicino fert. Negauit centifoliam in coronis addi.) Antiquior lectio est, in coronas addi. Quæ græcula altera est.) Vetus lectio, Quæ è græcis altera est. Cap. V. Nec ullis florum excelsitas maior.) Melius, nec ulli. Ita odor colorq; duplex, ut alius calicis, alius staminis.) Non male uetus, & alius calicis, alius staminis. nam ita ad præcedentia refertur. Inuenta est in his & ratio inserendi.) Rectius, Inuenta est & in his. Mense Martio macerantur, ut colorē accipiant.) Magis placet, percipiant. ac si dicat, ut colorem perbibant. Cap. VI. Calathiana munus autumni, cęteris ueris.) Scribo, cætere ueris. Vincit numero foliorum marinam quinq; folia non excedentem.) Quid opus repetere folia? satis erat, quinq; non excedentem. Foliorum exilitate usque in fila extenuata.) In antiquis uoluminibus legitur, attenuata. Prima nobilitas Cilicio croco.) Croco aut scriba addidit, aut interpres aliquis inter prælegendū. Sicut paulopost: gaudet calcari & atteri pede. Pede non est in manu scriptis. Cap. VII. Troianis temporibus ei iam erat honos. Et hos certe flores Homerus treis laudat, loton, crocon, hyacinthum.) Rectior lectio: Troianis tēporibus iam erat honos ei. hos certe flores &c. Dicet aliquis, leuicula sunt ista, nec annotatu digna. Hūc ego rogabo, ipse æquó ne animo ferret huiuscemodi leuicula in suis scriptis à librarijs deprauari. At multo plus religionis debetur ueterū monumentis. Omnis autem uerno tēpore acrior, & matutinis: Quicquid ad meridianas horas diei uergit, hebetatur.) Verior lectio uetus: quicquid ad meridianas horas dies uergit. Animalium nullū odoratū, nisi de pantheris quicq; dictum est, si credimus.) Vetus lectio: nisi de pantheris quod dictum est credimus. Dixit autem hoc lib. 8. cap. 17. tametsi quidam illic odorem in colorem deprauauerant. Vtirin atq; saliuncā, & quanq; nobilissimi sit odoris utraq;.) Lego, quanq; nobilissimi odoris utranq;. Proxima in Macedonia, longissima hæc & candicans. Et ex illis tertium locū habet Africana.) Lege & distingue: longissima hæc & candicans & exilis. Tertium l. h. Pannonia hanc gignit & Norica.) Scribo Norici. alioqui Noricum dicendū erat, sicut Illyricū. Superq; cætera ad famam etiam dignitatis.) Legendum ad famam etiam ac dignitates. Cap. VIII. In quibus unguenta uicisse naturam gaudēt. Luxuria uestibus quoq; prouocauit eos flores, qui colore cōmendantur.) Hæc uerba non deprauarunt modo homines insulsissimi, uerū etiam partē eorum hinc reuulsam præcedentis capitis fini assuerunt Scribendū, In quibus unguento uicisse naturā gaudens luxuria, uestibus quoq; &c. Paria nunc componuntur, & natura atq; luxuria depugnāte.) Lege, depugnant. Cap. IX. Folia smilacis & ederæ in coronamenta se dedere, coronæq; earū obtinēt principatum.) Hanc tam ingeniosam deprauationē mirum ni professor aliquis excogitauit, dum diuinare mauult quàm ad archetypa recurrere. Vera lectio aliud sonat. Folia in coronamentis smilacis & ederę corymbiq; earum obtinent principatum. Quia nostris maiore ex parte nomen dare ijs defuit cura.) Non minor priore hic error, utcunq; sensus manet. Plinius enim longe alijs uerbis usus est: quia nostris maiore ex parte huius nomenclaturæ defuit cura. Cap. X. Non durante attico thymo nisi in afflatu maris seratur.) Seratur superuacaneū uerbum est, na-

tum ex ultima litera maris, & prima dictione sequentis orationis Erat. Abrotonum iucũdi odoris est & grauis. Floret æstate.) Elegantius, Abrotonũ odore iucunde graui, floret æstate. Alsiosa enim admodum sunt, & sole nimio læduntur.) Hic particulã necessariã, per incuriam librariorũ omissam, denuo adiecimus: & sole tamen ni.læ. Cap. XI. Eruitur post æquinoctium uernum radicitus, siccaturq; ad lunam xxx. diebus, ita lucens noctibus.) Lege, Erui, siccari. lucere: q̃d hæc omnia ex cõmentarijs Democriti referantur. Sequitur enim Magos Parthorumq; reges uti hac. Et in Italia quidem, ut diximus post rosam.) Satis erat, in Italia quidem. Coniunctio hic addita uitiat sermonẽ. Cæterum hyacinthus maxime durat.) Lego, e cæteris hyac. m. d. Sed hæc ita, si deuulsa crebro prohibeatur in seminibus.) Legendũ prohibeatur in semen abire. attestãtur uetera exemplaria: & alioqui ex illis uerbis nullus sensus elici potest. Alterũ candidius, qui fere nascitur ad tumulos.) Rectius, in tumulis. Cap. XII. Hostilia uicus abluitur Pado.) Melius, alluitur. Cap. XIII. Nos tamen trademus quę cõperimus. Herba est alba, uexatio quidem iumentorum est, sed prę cipue caprarũ, appellata ægolethron.) Antiqua scriptura potior. Nos trademus quæ comperimus. Herba est ab exitio & iumentorũ quidẽ, sed præcipue caprarũ, appellata ægolethron. Huius flores concipiũt noxiũ uirus, aquoso uere marcescẽte.) Lege, marcescẽtes. Aliud genus in eodẽ Ponti situ uiget, ex annona mellis.) Codices uetusti lõge aliud habent. Aliud genus in eodẽ Ponto gente Sannorũ mellis: quod ab insania quam gignit, mænome non appellant. Hi sunt quos posterior ętas Zanos uocauit, Lazis conterminos. Vtraq; Colchica gens fuit in clientela fideq; Constantinopolitani Imperatoris. Et in Mauritania Cæsariensi, Getulia contermina Massylis.) Emendatior lectio: & in Mauritaniæ Cæsariensis Getulia contermina Massæsulis. Nam & Getuli & Masæsuli hanc prouinciam incolebant, quod ipse Plinius supra docuit. Remedium aduersus has utiq; non differendũ.) Lege remedio, non remediũ. De quo loquendi modo iam supra capite tertio monui. Cap. XIIII. Circumlini aluearia fimo bubulo utilissimũ. Operculũ à tergo esse ambulatoriũ, ut properatus intus sit prosper. Si magnus sit uterus aluearijs, prouentus autem sterilis, ne operandi desperatione curam abijciant, id paulatim reduci oportet, fallente operis incremento.) Huius lectiõis absurditas magis detegetur, collata ad germanã lectionẽ, quam ex fide ueterum codicũ restituimus ad hũc modũ. Circũlini alueos fimo bubulo utilissimum. operculũ à tergo esse ambulatoriũ, ut proferatur intus si magnus sit alueus, aut operatio sterilis, ne desperatione curã abijciant: id paulatim reduci, fallẽte operis incremento

Post has Corsica, quoniam ex buxo fit, & habere aliquantã uim medicaminis putatur.) Lege: quoniã ex buxo fit, habere quandam uim m. p. Inde ligulis eligunt florem, i. candidissima quęq; transfundunt q; in uas, quod exiguum marinæ habeat frigidæ.) Toties expertus fidem ueterũ codicum, ne hic quidem ausus sum ab eis discedere. Illi pro eligunt habent hauriunt. Item, quod exiguum frigidæ habeat. Siccant sole, lunaq;. hoc enim candorem facit, si sic siccantur. Et ne liquefaciant, protegunt tenui linteo.) Melior uetus lectio: Siccant sole lunaq;. hæc enim cãdorem facit. siccantes, neliquefaciant, p. t. l. Cap. XV. Maximeq; Aegyptus, frugum fertilissima, sed ut sola ijs carere possit.) Non parum detraxit elegantiæ, quisquis hic particulam quidẽ detraxit. Legendum enim frugum quidem fertilissima. Hanc à Nilo metunt.) Scribo, e Nilo. Folijs latissimis, etiam si arbores cõparentur.) Rectius, arboreis. Scandix, come. ab alijs tragopogon.) Vetur lectio: scandix quæ ab alijs tragopogon uocatur. Sylueſtriũ duæ species. Vna mitior est simili caule, tamen rigido, itaq; & colu antiquæ mulieres utebantur, exilis, quã quidã atractylida uocant.) Legendum: itaq; & colu antiquæ mulieres utebantur ex illis, quare q. a. u. Cap. XVI.

Et ex diuerso stans anchusa, inficiendo ligno ceriscq; apta. Est autẽ mitior ijs anthemis, & phyllanthes, anemone, & aphace.) Lege: E diuerso stant, anchusa inficiendo ligno ceriscq; radice apta, & e mitioribus anthemis, & phyllãthes, & anemone, & aphace. Sic enim melius quadrabit ad precedentia. Cap. XVII. Perdicio, quam & Aeoliæ & Aegyptij edunt, nomen dedit auis.) Verior lectio: Perdiciũ & aliæ gentes quàm Aegyptij edunt. Supra dixerat, Aegyptios præcæteris gentibus herbis uesci: nunc dicit, perdicium herbam etiam aliarum gentiũ cibum esse. Iulio mense secari iubet.) Lege addendo: Iulio mense toto secari iubet. Cap. XVIII. Iunio mense eximi, ante Iulium medium præcipiens.) Melius, Iunio mense eximi ad Iul. m. p. Vsus ad nassas marinas, uitilium nexus elegantium.) In antiquis codicibus tantum est, uitilium elegantiã.

Quanq; professus efficacissimũ esse aduersus calculosos. Eo fœtas fœminas quidem abortus facere nõ dubitat.) Sincera lectio: quanq; professus efficacissimũ esse aduersus calculosos. eo fouet. Fœminis quidem abortus facere non dubitat. Largiori tanta uis expellit eas.) Legendum. Largiori tanta uis, ut expellat eas. Laudatissimus ex Nabatæa iuncus.) Non erat opus hic repetere, iuncus. Cap. XIX. Ita ut à balineis inarescant corpora.) Scribo, inarescant corpori.

Lienicq; & ruptis uulsis prosunt. Et mẽstruis fœminarũ in uino decoctæ: Impositęq; cum melle neruis præcisis medentur. Contra lichenas & lepras, & furfures in facie emendant.) Lege & distingue: Lienicq; & ruptis uulsis prosunt & menstruis fœminarũ. In uino uero decoctæ, impositęq; cum melle, neruis præcisis medentur. Lichenas. Cap. XX. In hunc locũ dilata cum disputaremus de peregrinis arboribus.) Vetusta exẽplaria tantum habent, dilata in peregrinis arbo

ribus

tribus.i.in mentione peregrinarum arborum. Siſtit purgationes mulierũ.Nardi uero eius quam Phu eodem loco appellauimus &c.)Antiqua ſcriptura melius.Siſtit purgationũ mulierum impetus.Eius uero quod phu eodem loco appellauimus,& reliqua. Crocum cum melle nõ ſoluitur.) Cum redundat.Sequenti uerſu pro uino & aqua,lege,uino aut aqua. Collyrio uni nomen dedit.)Lege addendo,Collyrio uni etiam nomen dedit: Dentiẽtibus pręcipua eſt,& tuſsiẽtibus.) Scribo,dentientibus præcipue. Partem eius ſeruantiũ, & quarundã aliarũ herbarũ,ſicuti plantaginis,ſubſtituentiũ,ſi parum mercedis tuliſſe ſeſe arbitrantur.Rurſuſq; ut plus operis acquirãt, p. e. q. ſ. e. l. i.) Incorrupta lectio etiamnum durat in uetuſtis codicibus manudeſcriptis. Partem eius ſeruant,& quarundam aliarum herbarum,ſicuti plantaginis : ſi parum mercedis tuliſſe ſe arbitrantur,rurſuſq; opus quærunt,partem eam quam ſeruauere,eodem loco infodiunt : credo, ut uitia quæ ſanauerint,faciant rebellare. Cap. XXI. Ciet menſtrua:& ſi cruda detur,hydropicorum aquam ſiſtit.) Siſtit uerbum ſuperfluit. nam ciet ad utrunq; reſertur. Coxendicibus imponitur cum uino.Articularib.morbis trium obolorum pondere &c.)Lege addendo non pauca uerba:Coxendicibus imponitur et articularib.morbis & luxatis tritũ ac lanæ inſperſum ex oleo. Dant & potionem articularibus morbis t.o.p. Præterea putant uſu eius quandam datam gratiam ijs ueneremq; conciliari.)Hæc dictio datam ſuperflua eſt. Coquitur panis cum farina hordeacea.)Lege,Concoquit panos. Cap.XXII. Mouet & narium ſternutamenta.)Aridum non narium. Cap.XXIII. Impoſita ulcerum facit ſtipticam uim.)Scribe ,ulcus facit ſeptica ui.i.corroſiua. Cap.XXXI. Vt radice eius propius admota ſoporentur ,illam ſopore enecante uim earum.) Sic ſcilicet Plinius loqui ſolet.Scribo, ſoporetur illa ſopore enecans uis earum. Cap. XXXII. Nec de cnico ſiue atractylide uerboſius diſputetur.Aegyptia herba eſt,& magnum contra uenenata animalia præbet auxilium.) Hanc ſententiam Plinius alijs extulit uerbis,quàm quæ uulgatis leguntur editionibus. Nec de cnico ſiue atractylide uerboſius dici pareſſet,Aegyptia herba,ni magnum contra uenenata animalia præberet auxilium.

EX LIBRO VIGESIMO SECVNDO. Cap. II

IAm uero inſici ueſtes ſcimus admirabili ſucco.)Fuco non ſucco. Stans & in ſicco carpit,quo frugi mundos exculpat uſu alioquin fulgentis. Inſtrui luxuria poterat certe innocentius.) Pro uſu alioquin fulgẽtis,antiqua ſcriptura habet:His alioqui fulgentibus inſtrui poterat luxuria, certe innocentius .Et in ſacris legationibus quàm uerbenæ.)quàm redundat. Cap. V. Donatus eſt ea L. Sicinius.) L. Siccius legendum ,etiam ſupra libro octauo monuimus. Hic Decius poſtea conſul,& imperio & collegio ſe pro uictoria deuouit.) Lege:Hic Decius poſtea ſe conſul, Imperioſo collega,pro uictoria deuouit.Intelligendum de Manlio Imperioſo. Cap. VI. Ipſe tamen obſeſſus in toto orbe proſcriptus.Hæc corona Sertorio etiam ceſsit.) Vera lectio:Ipſe tamen obſeſſis in toto orbe proſcriptis,hac corona Sertorio ceſſit. Notum eſt ciuile bellum Sertorianum,in quo pręcipua fuit opera proſcriptorũ à Sylla. Cohortibus ſeruatis,totidemq; ad eas ſeruandas eductis.)Lege addẽdo,tribus coh.ſer. Quod & ſtatuæ eius in foro ſuo D. Auguſtus ſcripſit.)Adſcripſit non ſcripſit. Addidere uiuendi pretia deliciæ luxusq; .) Pretio non pretia. Aliorum hanc operam eſſe credimus.)Vetus lectio: Aliorũ hanc operæ credimus. In quibus ipſius prouidentiam naturæ.)Melius.in quibus ipſis.ſaculeatis Cap.XI. Hæmorroidæ quoq; & dyſenteriæ infuſa.)Scribo.hæmorrhagiæ. Cap.XXI. Impoſita uero herba, aut inde omnino reſperſum,pro tinus mori.)Antiqua ſcriptura : aut uda omnino reſperſum. Sequenti uerſu lege addendo:uel ſi herba ipſa. Infantes quoq; ulcerati.)Lege,exulcerati.

Cap.XXII. Conſtat bulbos eius cum ptiſana decoctos aptiſſime mederi.)Scribo,aptiſſime dari. Foliis in quocunq; morbo decoctis magis medici utuntur.)Legendum,Ferè in quocunq;. de bulbis enim accipi debet,non de foliis. Vtrũq; prodeſſe dyſentericis & exulceratis.)Melius. etiam exulceratis.hoc eſt, etiam ſi ſit dyſenteria,cum exulceratione inteſtinorũ,quod ſanè periculoſius eſt. Contra ſanguinẽ tauri demonſtrant ſucco eius uti.)Paulo elegantius uidetur:demonſtrat ſuccum eius. Optimus quidem ex ijs cibus.) Vetus lectio magis placet: opimi quidem hos cibi.ut cum præcedentibus cohæreat. Si enim caligatis clauus,ſi ferri uel chalybis aliqua rubigo.)In ueteribus tantum eſt,ferriue aliqua rubigo. Cap.XXIII. Communes in omni eorum genere obſeruationes.) Illic leginur,in omni eo genere. Item hyeme quàm æſtate utilius, ueruntamen aquam bibentibus.)Scriptura uetus,Item hyeme quàm æſtate utilius,& tum aquam bibentibus. Atq; ex aceto his qui coagulum lactis ſorbuerint.)Lege,æque ex aceto. Qui ſe eadem cauſa præcipitauit.)Scribe,ea de cauſa.Mox eſt coniecturam ſæpius fallacem : non, ſæpe.

Cap.XXIIII. Calefacta incitat uomitiones.)Rectius, inuitat. Quem centeſimum annum excedentem cum D.Auguſtus hoſpes interrogaret,quanam ratione maxime uigorem illum animi corporisq; cuſtodiſſet,ille reſpondit,Intus mulſo,foris oleo.)Ad ſenſum quidẽ nihil refert, libet tamen reponere ueterem lectionem,ab audaculis temere mutatã. Centeſimum annum excedentem eum D.Auguſtus hoſpes interrogauit,quanam r. m. u. i. a. corporisq; cuſtodiſſet. at ille reſpondit. Cap.XXV. Leuatusq; ſiccatis pedibus mirabili modo.) Et hic nihilo peius erat antea,mirabilem in modum. Quæ à farina hordei diſtat,eo quod torretur. Ad ſtomachum

utilis.) Antiqui codices, à farina hordei distat eo quod torretur, ob id stomacho utilis. Datur tepida sorbenda, efficater prodest.) Lege: datur tepida sorbenda efficaciter. Peculiariter tamen longo morbo ad tabitudinem redactis.) Emendata exemplaria habent, ad habitudinem redactis. ut de hecticis intelligatur. Neruorum doloribus & alijs feruens in sacco ponitur.) Scribendũ imponitur. Amplius hoc oculis imponitur.) Melius est: hoc amplius oculis imponitur. Et per se drachmæ pondera exinaniunt.) Lego, exinanit .s. granum. Quoniam in aluo non tumescere.) Vetus, intumesceret. Semuncia amyli cum ouo & passis tribus.) Antiqua lectio, cum ouo & passi tribus ouis. Mox est auenacea farina, non auenæ farina. Sitanius, hoc est trimestris.) Scribe, hoc est è trimestri. s. frumento. Et uini, in saccis additus.) Rectius, in saccos additus.

Sed si largius sumatur, aluus soluitur.) Sed superfluit. Horrorem tertianæ & quartanæ minuere traditur.) Vetus lectio: minuere creditur. Refertur enim hoc ex uulgi opinione, non ex auctoritate medicorum. Maculas ex toto corpore emẽdat.) Particula ex superuacanea est. Aqua decoctum perniones & pruritus sanat.) Decocti non decoctum. Si uero ad mellis crassitudinem decoquantur satiui.) Adde necessariam particulã uel. decoquantur uel satiui. Supra enim dixit syluestres efficaciores esse. Si uero cælesti aqua decoquantur, succus ille smegma fit.) Discoquantur non decoquantur, Sequenti uersu uerbum solent redundat. Item fistulis, cum axungia ueteri, ne intus addat.) Lege addendo, ita ne intus addatur. Nascitur inter uitia segetis auenæ græcæ genere.) græcæ superfluit. Estur & per se, & in patinis cum tenera est decocta.) Posterius & redundat.

EX LIBRO VIGESIMOTERTIO. Cap. I

ET ad expiationẽ sanguinis quoq; adhibent, non ultra gargarizationes.) Quid faciunt gargarizationes in expiatione? Legendum igitur, ad expuitionẽ sanguinis, qua laborantes hæmoptoicos Græci uocant. Ideo & purgationibus ancipitem temperant.) putant non temperãt. Error natus est ex geminatione præcedentis syllabæ. Huius enim colorem nigrũ esse diximus, cuius asparagos similes Diocles prætulit ueris asparagis.) Vetus lectio: huius enim nigrum esse diximus. Asparagos eius Diocles p.u.a. Ossa infracta efficacius extrahit quàm supradicta.) Plinius scripsit, uel efficacius .i. efficacius etiam. Aiunt si quis in uilla eam extruxerit, fugere accipitres, tutasq; fieri aues uillaticas. Aliter eadem in iumento homineq; flegma aut sanguinem qui screatur, talos circumligata sanat.) Hostibus eueniat ita tractari, ut hic Plinius tractatus est. Equidem peruelim discere quanam ratione radices exstruantur apud istos deprauatores, ut ne cætera portenta exagitem. præstat enim sinceram indicare lectionem, ex archetypis erutã. Aiunt si quis uillam ea tinxerit, fugere accipitres, tutasq; fieri uillaticas alites. Eadem in iumẽto homineq; phlegma aut sanguinem qui se ad talos deiecerit, circumligata sanat. Quòd sunt candida, aut nigra, aut inter utrunq; alia ex alijs, in quibus uinum fiat, alia ex quibus passum.) Emendata lectio: aut inter utrunq;, aliaq; ex quibus uinum fiat, alia ex quibus passum Albana neruis utiliora. Stomacho minus quæ sunt dulcia, uel austera Falerna utiliora.) Lege, austera uel Falerno utiliora.

In sanguinis fluxione post excisos calculos, & omnes alias rosiones foris in spongia impositũ.) Legendum, In sanguinis fluxione post excisos calculos, & omni alia, foris in spongia impositum. omni alia. s. sanguinis fluxione. Cap. II. Quandiu extinguatur descensionis periculum denuncians.) descensionis superfluit. Cap. III. Succus eorum carbunculantibus excrescentibus circa oculos ulceribus.) Dele excrescentibus. Nam lachrymam quæ ab arbore ipsa distillat, æthiopicæ maxime oleæ, mirari satis non est. Reperti sunt qui dentium dolores illinendos censerent, uenenũ esse prędicantes.) Hic una oratio, praua nescio cuius industria, in duas dissecta est. Legendum enim coniũctim, Nam lachryma quæ ex arbore ipsa distillat, æthiopicæ maxime oleæ, mirari satis non est repertos qui dentium dolores illinendos censerent. Non enim lachrymã ipsam miratur, sed eorum potius temeritatem qui tam ancipiti remedio uti non dubitarent, cum etiam ipsi uenenum faterentur. Cap. IIII. Fauces exasperat, & uenena omnia cohibet hebetatq;.) Emendatior lectio: & uenena omnia hebetat: absq; uerbo cohibet. Cum pari portione mellis ac opij.) Lege, mellis acapni. Cæterum iners & graue sapore corpori.) Dele superfluam uocem, corpori. Cap. VI. Expetitur in grauidarum malacia, & quoniam gustatu moueat infantem.) Lego Expetitur grauidarum malaciæ, quoniam g. m. i. Cytinus uocatur à græcis.) Satis erat, uocatur græcis. Tales præpositiones sexcentas de suo adiecerunt castigatores.

Cap. VII Quoniam sudantia huius cibi opera corpora refrigescunt.) Scribendũ, perfrigescunt. Folia eius trita illita hæmorrhoiam sistunt.) Lege, hæmorrhagiam. Post additur omphacij aridi pondus sextariorum duorũ, aut myrrhæ sextarij unius, croci unius. Sed hæc simul mixta uel trita, miscentur decocto.) Hic sextarij pro denarijs sunt suppositi, ut indicant uetusta exemplaria, in quibus sic legitur. post additur omphacij aridi pondus X duorũ: aut myrrhæ X unius, croci X unius. hæc simul trita miscentur decocto. Cap. XIX. Lenius succo oleum est ex eadem myrto, & uinum quo nunq; inebriatur.) Lege addendo, lenius & uinum. Et folijs crematis utuntur & succo decocto.) Lege, & succo & decocto.

Ex libro

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171286-p0744-8 DFG

EX LIBRO VIGESIMO QVARTO. Cap. I

SImilis uis Rhodię Cretæ, & argillæ nostratis concordia ualentium. Pix oleo extrahitur.) Hęc dictio concordia, nouam orationem incipit, hoc modo. Concordia ualent, cum pix oleo extrahitur, quando utrunq; piguis naturæ est. Cap. IIII. Emollit, discutit, humore siccat strumas.) Lege, Emollit, discutit tumores, siccat strumas. Vlcera cōmanducato impositoq; optime sanari.) Scribo, commanducato impositoq;. Cap. V. Defuncta corpora incorrupta conseruat.) Vera lectio: incorrupta æuis seruat. De hac loquutione & supra lib. xvi. monui. Cap. VI. Chamæpitys latine aiuga appellatur, diciturq; propter abortus.) Vetus & sincera lectio, Chamæpitys latine abiga uocatur propter abortus. Abiga ab abigendo partu, aiugę cum abortu nihil est commune. Cap. VIII. Ita ut puero quinq; folia tribus cyathis dentur.) Rectius diluantur quàm dentur. Aceris radix contusa iocineris doloribus utilissime imponitur.) Lege, efficacissime imponitur. Cap. IX. Grauis quidam autor in medicina, uirgam ex eadem fractam &c.) Antiqua scriptura, Grauis autor in medicina, uirgam ex ea defractam. ac mox: Vulgus infelicem arborem eam appellat: non, infelicem eam arborem. Cap. XI. Erythrodanus, quam aliqui ereuthodanum uocant.) Lege addendo, Alia est erythrodanus. Tingentibus & radicula ramos præparat.) Lanas non ramos. Gummi genera diximus.) Lege, Gummium.

Cap. XIII. Sed & frutex humilior atq; spinosus in Nisyro.) Scribo, æque spinosus, non atq;. Calculorum ue ex uino decoctum, uel præsentaneum remedium est.) Nisi legas, Caulicu lorum ex uino decoctum, neq; præcedentia cohærebunt apte, neq; sequentia. Vel efficaciorem stomaticen præbuere.) Rectius, præbuerint. Cap. XIIII. His subnectemus ea, quæ Gręci &c.) Non male uetus scriptura, His subtexemus. Cap. XV. Atq; is nidor per infundibulum imbibitur in uetere tussi.) Antiqui codices habent, per infurnibulum. Cap. XVII. Pythagoræ uere esse pertinax fama antiquitatis uindicant.) Duæ uoces, uero esse, redundant Quod fecisse scimus Cleemporū cum & alia suo & nomine ederet, quis credet:) Vetus lectio: quod fecisse Cleemporum cum alia suo & nomine ederet, quis credat: Achemenidō colore est electri sine folio nascēs in Tardastilis.) Legendū, Archemenidon colore electri sine folio, nasci in Tardastilis. nam & hoc Democritus tradit. Alio de his aptiore dicturus loco.) Lege dicturis. abunde sit dicturis. Cap. XVIII. Celebratur autem à Græcis stratiotes. Est ea in Aegypto tantum, & inundatione Nili nascitur.) Melior antiqua lectio: Celebratur autem & à Græcis stratiotis, sed ea in Aegypto tantum & inundatione Nili nascitur. Cap. XIX. Qui perunctus est, si despuat ad suam dexterā ter.) Lege: qui perunctus est, despuit ad s. d. t. Tueturq; & ab inflammationibus placat.) Scribo: tueturq; ab inflāmationibus plagas. Decoctum ex uino gramen ad dimidias è balneis bibi iubent.) à balineis, non è balneis. Et cum caro unguibus excreuerit,) Increuit, non excreuerit. Diocles difficile parientibus semen eius dedit acetabuli mensura tritum in nouem cyathis sæpe ad tertias partes bibere, ut qui biberint in calida lauarentur.) ò grāmaticum deprauatorē, cui parientes masculini sunt generis. Emendata lectio hæc est. Diocles difficile parientibus semen eius dedit, acetabuli mensura tritum in nouem cyathis sapæ: ut cum tertias partes biberint, calida lauarentur: & in balneo sudantibus dimidium ex relicto iterū dedit: mox à balneo reliquum, pro summo auxilio.

EX LIBRO VIGESIMOQVINTO. Cap. I

IPsa quæ nunc dicetur herbarum claritas, medicinæ tantū gratia gignente eas tellure.) Satis erat dixisse, medicinæ tantum gignente eas telluræ. Gratia, doctulus quispiam de suo adiecit. Tantum ab excogitādis nouis, ac adiuuanda uita mores absunt: summumq; opus ingeniorum diu in hoc fuit, &c.) Codices uetusti iuuanda habent non adiuuanda: & diu iam hoc, non diu in hoc.

Omniumq; uitam clariorem fecere cognominibus herbarum.) Illic legitur, omniū utiq; uitā.

Cap. II. Pompeius Lenæus, Magni Pompeij libertus.) Pompeij non additur in emendatis exemplaribus, nec refert addidisse: satis est, Magni libertus. Atq; subscripsere effectus.) Deest una particula necessaria. Legendum, atq; ita sub. e. Verum & pictura fallax est ex coloribus tam numerosis, præsertim in æmulatione naturæ, multumq; degenerat transcribentiū sors uaria.) Rectior est antiqua scriptura. Verum & pictura fallax est, & coloribus tam numerosis, præsertim in æmulatione naturæ, multum degenerat transcribentiū sors uaria. Atq; effigie quidem indicata, & nudis quidem plerunq; nominibus defuncti.) Scribo: aliqui ne effigie quidē indicata, & nudis plerunq; nominibus defuncti. Durat tamen tradita persuasio in magna parte uulgi, ueneficijs & herbis id cogi. In eo nanq; fœminarū scientiam pręualere.) Malo ueterem lectionem: ueneficijs & herbis id cogi, eamq; num fœminarum scientiā præualere. Sic enim interdū hac paralectica particula Plinius utitur, ut supra xxij. libro, xxiiij. capitis initio: Eam quoq; num, quam Lamium inter genera earū appellauimus. Sic enim eo loco legendū indicauimus. Vulgus castigatorū quicquid rarū est pro deprauato damnat, suoq; mox arbitratu mutare sibi permittit. Ea deinde lectio passim recipitur, etiam summatibus in literis uiris talia ut minutiora dissimulantibus. Hinc fit, ut sexcentis locis apud autores Latinos etiam nunc suppositum sit pro etiamnū, aduerbiū pro cōiunctione: quamuis hoc ipsum etiam nunc, latine dicatur, sicut hodieq; sed persæpe non suo loco positum reperitur

peritur,idq; deprauatorum(ut dixi)opera. Multiq; Circeios agros,ubi habitauit illa.)agros re/
dundat,nec est in antiquis exēplaribus.Sunt enim Circeij oppidū in Latio maritimū, & antiqui
Latij finis. Tum etiam cum rigaretur Aegyptus illa,non autem esset,post ea fluminis limo in/
uecta.) Incorruptior est uetus lectio: cum etiam quæ rigatur Aegyptus illa non esset,postea flu/
minis limo inuecta. Tantum enim Aegypto,aggerente Nilo,accessit,ut Pharos insula,quam Ho
merus ætate sua unius diei cursu à continēte abesse scribit, postea litorali urbi Alexandriæ ponte
iungeretur. Inde & plerosq; uideo existimare.)Lege addendo,ita uideo existimare. Sed quare
nunc non plures noscantur causę:nisi quod eas agrestes literarūq; ignari experiuntur,utpote qui
soli inter illas uiuant.)Et hic uetus potior. Sed quare non plures noscantur,causa est quod eas a/
grestes literarumq; ignari experiuntur,ut qui soli inter illas uiuant. Vt radicem sylue stris rosę,
quam cynorhodon uocant,eblanditā sibi aspectu pridie in fruteto,mitteret filio bibendā in lacte.
In Lusitania res gerebatur,Hispanię proxima parte.)Atqui Lusitania remotissima est à Roma nō
proxima.Recurrēdum est ad archetypa,ubi sic legitur:ut radicem sylue stris rosæ,quam cynorho
don uocant,blanditā sibi aspectu pridie in frutecto,mitteret filio bibendam.In Lacetania res gere/
batur,&c.Nunc probe quadrant omnia.Est enim Lacetania regio Pyrenæo uicina,in ea citerio/
ris Hispaniæ parte,quæ prima se Roma uenientibus offert. Deprauator ex In Lacetania fecit in
lacte,idq; præcedentibus uerbis pro sua sapientia attexuit.eadem autoritate regioni nomē aliud,
quod tum libitum est,finxit,nec religione ulla erga ueterū monumēta, nec lectorū respectu,quos
opinor omnes pro fungis habuit.Et talium operam typographi nonunq; ampla mercede condu/
cunt,ne non habeant similes labra lactucas. Alius est quem nos in priori uolumine eiusdem no
minis diximus.)Legendum, Alius est quàm quos in p.u. Tria enim dracunculi genera mōstrauit
cap.16. Aliudq; miraculum exeuntis e terra.)ó temeritatem.quorsum attinebat priorē lectionē
mutare,exerentis se terra.Sed belle pensatum est damnū scilicet,mox scribendo,in terram se con
dentis,pro in terram condentis. Cap.III. Stomacacen medici uocabant,& sceletyrben.
Ei malo reperta auxilio est herba.)Haud multo minus detrimenti accepisse bonos libros, dum cō
funditur lectio ineptis distinctionibus,quàm dum deprauatur,cū alijs innumeris hic quoq; locus
& qui proxime sequetur testes esse possunt.Nō solū enim sensus obscuratur, quoties aliquid per
peram distinctum est,sed etiā deprauandi occasio uix aliunde sæpius contingit. Veterū codicum
lectio talis est.Stomacacen medici uocabant & sceletyrben ea mala.Reperta &c. Miror quidem
quæ nominis esset causa,nisi forte confini oceano Britanniæ uelut propinquā dicauere. Non em
inde appellatam eam,quoniam ibi plurima nasceretur,certum est.Etiam tum libera Britannia fuit
quidem:& hic quondam ambitus,nominibus suis eas adoptādi.)Sequamur & hic archetypa ue
tera,& statim multum lucis accedet.Mirorq; nominis causam,nisi forte confines oceano Britan/
niæ uelut propinquæ dicauere. Non enim inde appellatā eam,quoniā ibi plurima nasceretur,cer
tum est,etiam tum Britannia libera.Fuit quidem & hic &c. Non fortassis crederet aliquis cum
hæc nostra friuola quoq; existimentur.)Vetus lectio melior: nunc fortassis aliquibus curam no/
stram friuolam quoq; existimaturis. Cap.IIII. Laudatissima herbarū est Homero teste,
quā uocari à dijs putant moly.Ast inuentionem eius Mercurio assignat.)Incorruptior lectio:Lau
datissima herbarū est Homero quam uocari à dijs putat moly,& inuen. e.M.a. Versu penultimo
lege,Mireq; ut contra uenenum,non Mireq; contra uenenum. Cap.V. Cum exta super
eam proiecta essent,fertur adhæsisse lieni.)Fertur redundat:pendent enim hæc à præcedenti uer/
bo,constat. Cui ante omnes plebs astans plausit.)Stans non adstans.Is fuit nō uulgaris honor:
nam sedens in theatro plebs plurimis & ante Drusum plausit. Antiqui radicem, cortices quàm
carnosissimos eligebant.) Melius, radicem cortice quam carnosissimo seligebant. Turgescen/
temq; in longitudinem findebant.)Lege addendo:turgescentēq; acu in lon.fin. Nunc ramulos
ipsos ab radice sui grauissimi corticis,ita dantes.) Vetus lectio: Nunc ramulos ipsos ab radice q;
grauissimi corticis ita dant. Cap.VI. Alteram lenem,scordotin siue scordion,ipsius ma
nu descriptam.)Antiqua scriptura,Alteram Lenæus,scordotin siue scordion,ipsius manu adscri/
ptam. Atq; in alpibus,pluribusq; locis in Lycia.) Emēdatiores codices:& in alpibus uero,pluri
misq; alijs locis. Medetur & omniū morbis decoctæ succus.) ouium non omniū. Cap. VII
Sunt qui ab Artemide artemisiam cognominatā putent,quoniam priuatim medicatur fœmi/
narū malis.) Antiqui codices melius,Sunt qui ab Artemide Ilithyia cognominatā putent,quoniā
priuatim medeatur fœminarū malis. Solenne autē erat Græcis fœminis in partu Artemidem Ili/
thyiam inuocare,quemadmodum Romanæ Iunonem Lucinā implorabāt.Intelligendū igitur ab
obstetrice Artemide hoc est Diana denominatam herbam,nō à uenatrice. Vis tanta est,ut uel è
longinquo succus excipiatur incisę conto.Suscipitur excipulis uentriculo hœdino.Humor lactis
uidetur effluere.Siccatur conto.Sic thuris effigiem habet.)Nō paulo sincerior est antiquorum uo
luminū lectio. Vis tanta est ut è longinquo succus excipiatur.incisæ conto subditur excipulus uē
triculo hœdino.humor lactis uidetur effluere:siccatus cum coit,thuris ef. ha. Cap.VIII.
Aliam quoq; amplissimā,quam spartaniam uocāt.Magna & ea cōmendatio,quod in ore eam
habentes famem sitimq; non sentiant.) Cum dicit,magna & ea cōmendatio,satis apparet quod &
alium

alium eius usum indicauit Plinius: alioqui & non habet quod coniungat. Quo fit ut libenter accedam archetypis quæ sic habent: Aliã utilissimam ad ea quæ spasmata uocant. Aliam, s. Scythicen. Certe in indice spartaniæ nulla fit mentio, ut iam nihil dubitem, diuinatoris cuiuspiã opera nouã herbam hic subito enatam, Plinio ipsi ne per somnium quidem cognitã. Vt in quibus etiamnum hodie in uirorũ lætiore conuictu.) Emendata exẽplaria habent, in numeroso & lætiore conuictu.

Seruilius Democrates primus medentiũ.) Rectius, è primis medentium. Leuius & quod paulo post, ut dein in balneum descendatur in calidam, scriptũ est pro, ut deinde in balineis descendatur in calidam. Imponitur in ipsa inflammatione, sed imminuta.) Vetus lectio, non in ipsa infl.

Cap. IX. Serpentes necat, cuicunq; admota fuerit: & his torporem adfert.) Exemplaria uetusta: cuicunq; admota fuerit feræ & hæc torporem affert. Sensus est, eam uim huic quoque therionarcæ inesse, quam magicæ illi supra memoratæ: unde & nomen utriq; commune, θηριονάρκη, ac si dicas feræ torpor. Cap. XIII. Quanq; mala in alijs terris mandãtur.) Manuscripti codices habẽt, in aliquibus terris. Hæc cõmanducata, si oculis subinde religetur, plumbũ quod est genus uitij, ex oculis tollit:) Sincera lectio: Hac cõmanducata si oculus subinde liniatur, p.q.e.g. uitij, ex oculo tollitur.

EX LIBRO VIGESIMOSEXTO. Cap. I

SIne dolore quidem ullo, aut sine pernicie uitæ.) Elegantius: sine dolore quidẽ illos, ac sine pernicie uitæ. Nec nisi usq; in ossa corpus exustum esset, non rebellante tædio.) Et hoc mollius est in manu descriptis codicibus: ni usq; in ossa corpus exustum esset, rebellante tædio. H-S C C elocasse in eo morbo ad curandum sese.) ad redundat. Duricia rubens uarijs modis.) Vetus lectio, uaricis modo. Ad posterum uero nigrescente.) Lege ad postremum. Quid hoc esse dicemus.) Rectius, dicamus. Parum enim erant homini cætera morborum genera, cum supra C C C essent, nisi etiam noua timerentur. Neq; ipsi homines pauciora sibi opere suo negocia important.) In emendatis exemplaribus legitur certa morborum genera, nõ cætera. deinde neq; ipsi autẽ, coniunctione adiecta, præterea, opera sua, non opere suo. Cap. II. Sedere nanq; in his scholis auditioni occupatum gratius erat.) Malim ueterẽ lectionem, auditioni operatos. i. operam dantes. Sic apud Nasonem, Studijs operata Mineruæ. Cap. III. Asclepiades ætate Magni Pompeij rhetoricæ magister, nec satis in ea arte quæstuosus.) Nihilo deterior est antiqua scriptura: orandi magister, nec satis in arte ea quæstuosus. Ambulationem, gestationesq;, cum unusquisq; semetipsum sibi præstare posset intelligere. Fauentibus cunctis ut essent uera quæ facilima erant, uniuersum prope humanũ genus circũegit in se.) Sincera lectio ex antiquis exẽplaribus repetita est hæc: ambulationẽ, gestationes: quæ cum unusquisq; semetipsum sibi præstare posse intelligeret, fauentibus cunctis ut essent uera quæ &c. Cap. IIII. Siccentur æthiopide Pontinæ paludes.) Adde aduerbium hodie. Siccentur hodie æthiopide. Transit enim à priscis tẽporibus ad sua. Castigator delicatulus hiatu offensus submouit aduerbium, ut illi quidẽ uidebatur, superuacaneum. Nanq; apud eundem Democritum inuenitur cõpositio medicamenti, quo pulchri bonique & fortunati gignantur liberi. Cur nunq; Persarum regi talis est dedita?) Præclare sanè de Plinio merentur, qui illi talem sermonẽ affingunt, qualis uix hoc seculo in aliquo uel mediocriter eruditio ferri posset. Quid enim sibi uolunt hæc uerba, cur nunq; Persarum regi talis est dedita? Scribendum iuxta archetyporum fidem: Nam quæ a.e.D.i.c. medicamenti, q.p.b.q; & f.g. liberi, cur nunq; Persarũ regi tales dedit: hoc est pulchros bonos & fortunatos. atq; ita melius iam hæc oratio ad pręcedẽtia quadrabit. Igitur demonstratarum priore libro herbarũ reliquos effectus dicemus, adijciemusq; quas ratio dictauerit.) Elegantius: reliquos effectus reddemus: adijciemus ut quasq; ratio dictauerit. Et rumicis radix trita ex aceto illinitur.) Parum quidẽ ad sensum refert, malo tamẽ & in talibus probatorũ exemplariũ fidẽ sequi, ubi sic legitur: ut r.r.t. ex aceto illinatur. Petris tantum adhærens ut muscus.) Lege totũ adhærens. Nam & muscus petris totus adhęret. Proserpinaca cum muria & ex oleo trita.) Vetus lectio, cum muria ex menis & oleo trita. Vt nõ ex quouis salsamento muria adhibenda sit, sed è solis menis. Cap. V. Cõdurdon herba solstitialis, flore rubro, suspensa in collo, comprimere dicitur strumas: Item uerbenaca cum plantagine, digitorũ uitijs omnibus, & priuatim pterygijs. Quinq; foliũ medetur pectoris uitijs, Vel quod grauissimũ est tussis, huic medetur panacis radix in uino dulci.) In medicinalibus his libris grauiore periculo peccatur, qui tamen nihilo maiore religione tractati sunt quàm cæteri. Vel hic locus quot mendis scatet: ltaq; totum retexemus, nostra exemplaria sequendo. Condurdũ b.s.f.r. s.i.c.c.d. strumas: i.u.c.p. Digitorum uitijs omnibus. & priuatim pterygijs quinquefoliũ medetur. In pectoris uitijs uel grauissimũ est tussis &c. Cap. VII. Plantago autem per se sumpta in cibo cum lente alicæ'ue sorbitione.) Legendũ, aut per se sumpta in cibo, aut cũ lente alicæ'ue sorb.

Capnion herbam qui edere, bilem per urinam trahunt.) Vetus lectio melior, Capnon herbam qui edere, bilem per urinam reddunt. Radix uero consiliginis quam nuper inuentam diximus, suum & pecorũ omnium remedium pręsens est. Pulmonũ uitio uel traiecta tantũ in auricula.) Et hic uetus potior. Radix herbæ consiliginis quã nuper inuentã diximus, suum quidem & pecoris omnis remedium præsens est pulmonũ uitio, uel t.t.i.a. Tripolium in maritimis nascitur saxis, ubi allidit

ubi allidit unda.)Alludit,non allidit. Cacuminibus thymo,dulcis,& ſitim ſedat.) Mollius eſt, dulcis & ſitim ſedans. Cap.VIII. Pſyllium in aqua cum radicibus decoctum.)Antiqua ſcriptura,Pſyllium in aqua:Acori radicis decoctum. Vtrobiq; ſubintelligitur uerbum bibitur,ibidem præcedens. Naturæ ei,molliendi,ſiccandi,coquendi.) Rectius,concoquendi. Cochlearibus quinq; additis in cyathis tribus uini.)Latinius eſt,in cyathos tres,Sicut mox,in aquam mulſam addito pondere xij. Sumitur & eclígmate ad pectoris uitalia.) Vitia,non uitalia. Bibi ex aqua acetabuli menſura:dimidia detrahere pituitam.)Legendum: bibi ex aqua acetabuli parte dimidia,detrahere pituitam. Radix eius in aqua mulſa xij pōdere denariorum.) Nimium ſanè hoc pondus eſſe uel cæco appareat.Lego xij. pondere. Errori occaſionem dedit nota denarij. Scammonium quoq; diſſolutionem facit.)Lege addendo,diſſolutionem ſtomachi facit. Virus redolens,fumoſum,lingua tactu lacteſcens.) Scribo,gummoſum,linguæ tactu lact. Quod fit herbæ farina & tithymali marini ſucco.) Lege,erui farina. A radice folijs pendet.) Legendum, folijs pendulis. Farina erui,aut fici.)Ficis, non fici. Folijs tuſis priore minus efficax.) Lege addendo:Fit & è folijs tuſis. Semen & dentiū cauis cera includitur.Colluuntur & dentes ſucco radicis decoctæ in uino.) Vetus lectio: colluuntur & radicis decocto è uino.Dentes repetere ſuperuacaneū eſt:& decocti ſignificatio ſatis nota. Et ipſum etiam in aſperis naſcens.) etiam redundat. Ita ut ſit totum acetabuli modo.)Rectius,acetabuli modus. Datur in ſomnum euntibus,addito nitro ſeu polenta. Simul ſi poſt cibū detur.) Vera lectio: datur & in ſomnū euntibus addito nitro uel polēta,ſi multo poſt cibum detur. In uino icterícis dari atq; illini,utiliſſimū eſt.) Antiqui codices:hoc in uino enterocelicis dari.Et enterocelarū remedium huic loco magis appoſite conuenit,ſequūdum ordinē membrorum. Itemq; genitaliū inflammationem.) Adde omnē: inflammationem omnem. Symphyti radix illita enterocelas cohibet.Aufert & genitaliū nomas hypociſthis alba.)Legendum,S.r.i.e.cohibet,genitaliū n.h.a.Nam cohibet tam ad nomas refertur quàm ad enterocelas. Præcipueq; eius uſus ad ſtranguriam.) Elegantius abſq; coniunctione: præcipui uſus. Veſicæ autem callitrichon trita,ſimilis cumino, medetur,& data ex uino albo.) Vetus lectio:trita ſimul cum cumino,& d.ex u.a. Nec eſt neceſſe repetere uerbum medetur,eodem uerſu præcedens. Paruis è radice folijs quinis.)Melius,à radice. Cap.IX. Plurimum remedium eſſet ſi uirgo imponat.)Lege,plurimum referre ſi uirgo imponat Cap.X.

Quæ talis eſt,mollugo uocatur.Similis & aſperioribus folijs aſparago.)Scribēdum: quæ talis eſt mollugo uocatur: ſimilis,ſed aſperioribus folijs,aſperugo. Vt intelligas duo lappaginis genera,utrunq; à peculiari qualitate denominatum. Cap.XI. Ramoſum & interuallis binum palmorū.)Rectius,Ramoſam ex interuallis.ut binum palmorū interualla interramos intelligant.

Phthiſin ſanat,& plantaginis ſuccus,ſi bibatur.Et ipſa decocta in uino cū ſale & oleo,à ſomno matutino refrigerat.)Magis placet quod in uetuſtis habetur codicibus.Phthiſin ſanat, & plantaginis ſuccus,ſi bibatur,& ipſa decocta. In cibo cū ſale & oleo à ſomno matutino refrigerat. Certe hæc lectio magis Plinium reſipit:nec medicos diſſenſuros puto,ad quorū tribunal hunc locū reijcio,ſicut & eum qui mox ſubtexetur. Quinquefolij contrita folia ex uino ſumpta diebus xxx in betonicæ farinę pondo denariorum xiij.cum aceti ſcillitici cyatho.)In ijſdem codicibus longe aliud legitur,& quidē rectius,quantum ego uideo.Quinquefolij cōtrita folia ex uino pota diebus xxxi:betonicæ farina pondere x iij cum aceti ſcillitici cyatho. E diuerſo lathargicos excitari labor eſt.Hoc præſtat euphorbium(ut perhibent)ex aceto naribus tactis peucedani ſucco.) Agnoſco eundem,quem prioribus duobus locis,caſtigatorē:quem ſi offendebat ſoporifera uis in peucedano,eadem opera poterat id omnino tollere,contentus euphorbio ſuo:nunc manet idem ſcrupulus,neq; docet quomodo ſit euphorbium adhibēdum.Sincera lectio in noſtris exēplaribus eſt hæc,hoc præſtante(ut perhibent)ex aceto naribus tactis peucedani ſucco. Eruptiones pituitasq; emendat plantago.)Scribo,Eruptiones pituitæ emendat,plantago,cyclamini radix.

Cap. XIII. Et ad hoc amplius addo,iocineris aut lateris cōtorſionibus.)Legendū & hoc amplius à uocis aut lateris contentionibus. Eriſithale eſt flore luteo.)Lege,Eriſithales.

Cap.XIIII. Spicula ſagittariorum extrahit.) Sagittarum,& nō ſagittariorū. Pſilothrum nos quidem in muliebribus medicamentis tractamus,uerum etiam uiris in uſu eſt.)Antiqua ſcriptura:uerum iam & uiris eſt in uſu.Cum dicit iam, ſignificat nouum eius uſum apud uiros eſſe, poſtq; mores degenerare cœperunt. Quadrupedum ſcabiem ſanat hyſſopum ex oleo fotum. Anginas peculiariter ſideritis.)Satis apparet inepte dici,hyſſopum ex oleo,fotum.In noſtris exēplaribus durat ſincera lectio.Quadrupedum ſcabiem ſanat hyſſopū ex oleo,ſuum anginas peculiariter ſideritis.

EX LIBRO VIGESIMOSEPTIMO. Cap. I

CRecſcit apud me certe tractatu ipſo admiratio antiquitatis.) Libens audirem quidnā moueritcaſtigatorē,ut unam particulam in ipſo ſtatim initio detraheret,idq; contra fidem archetyporū, quæ ſic habent. Creſcit profecto, apud me certe, t.i.a.a. Nunc uero deorum fuiſſe eam apparet,aut certe diuinā etiam cum homo inuenerit: eandemq; omnium parentem genuiſſe hec & oſtendiſſe.)In emendatis codicibus eſt, cum homo inueniret. Ibidem cōiunctio geminatur,& genuiſſe hæc & oſtendiſſe. Verū etiam montes, & excedentia in nubibus iuga, paſtusq; pecorum

tum & herbas quoq; inuicē ostentant.) Hic quoq; ueteres codices à uulgatis editionibus discrepant: sic enim in eis legitur: Verumetiam montes, & excedentia in nubes iugā, partusq; eorum & herbas quoq; inuicē ostentante. s. Romanæ pacis maiestate. Cap. II. Hoc quoq; tamen in usus humanæ salutis uertēre, scorpionum ictibus aduersari experiendo aconitū.) Cum hæ particulæ, hoc quoq;, nihil aliud quàm aconitum referant, non erat opus repetere. Sed talia permulta passim ex interpretum glossulis in contextum irrepserunt. Cap. III. Omnia animalia quæ sint salutaria ipsis nosse ipsa, præter hominem.) Ipsa nō est in emendatis exēplaribus, sensu nihilominus absoluto. Fas ergo nobis erit, qui nulla diximus uenenata, nunc demōstrare quale sit aconitum.) Rursus illic minus est uerborum ac syllabarū, nullo tamen sensus detrimento, hoc modo. F. e. n. e. q. n. d. uenena, monstrare q. s. a. Poterant uideri casu aliquot literæ omissæ; nisi toties deprehensa esset, quidlibet in quiduis mutandi temeritas, etiam gratis nullaq; occasione inuitante. Cap. IIII. Præterea in Aethiopia nascuntur & in Ida.) Lege, præter Aethiopiam nasc. & in Ida. Huius uetustæ nidor urinā cit.) Scribo, Huius ustæ nidor urinam ciet. Radice una, ceu palo in terra dimissa.) Rectius in terram demissa. Vsus in multis & principalis aluum soluere, cum penè sit sola medicamentorum quæ per se id præstāt. Confirmat etiam stomachū, adeo ut nō infestet ulla uis contraria.) O hominem (ne quid durius dicam) malè feriatū, quisquis hunc locum suo more interpolauit, pro elegantissima Plinij locutione suas nugas substituens. Germana lectio hæc est. Vsus in multis, sed principalis aluum soluere, cum penè sola medicamentorū quæ id præstant, confirmet etiam stomachum, adeo non infestet ulla ui contraria. Vsus eius ad collectiones inflammationesq; quin emendat omnia quæ helxine.) Pro quin emendat omnia, ueteres codices habent, & in eadem omnia. Ambrosia uagi nominis est, & circa alias herbas fluctuans, fruticem unum habens densum.) Pro fluctuans lege fluctuati. s. nominis: pro habens, habet. Anonymos à non inueniendo nomine nomen inuenit.) Argutior est uetus lectio, Anonymos non inueniendo nomen inuenit. Item aristogeton, in uulneribus præclara.) Hic stupidus aliquis conatus est noua metamorphosi ex medico herbam facere, eiq; uirtutes quæ sunt anonymi attribuere, cum sit legendum Aristogitoni, & subintelligendum præcedēs participium celebrata. Quin & in indice Aristogiton inter externos autores connumeratur. Cap. V. Arction aliqui potius arcturum uocant.) potius redundat. Sed ascyron maiores habet ramos qui ascyroides uocant.) Dele has duas uoces, sed ascyron: atq; ita lege: maiores habet ramos quod ascyroides uocatur. Sic enim legitur in emendatis exemplaribus, & sic magis lectio quadrabit: quod ascyroides herbę nomen sit, non ramorum. Comæ tritæ ueluti cruentatæ.) Rectius, cruentant: hoc est cruorem reddunt. Cap. VII. Actea graui foliorum odore, caulibus anisi geniculatis.) Vetus lectio, caulibus asperis geniculatis. Cap. VIII. Trahit eadem potione secundas semine. Lac minuitur in uino, aut mulsa aqua pota.) Lege & distingue hoc modo. Trahit eadem potio & secundas. Semine lac minuitur, in uino aut mulsa aqua poto. Cynosorchin aliqui orchin uocāt, foliis oleæ mollibus, ternis, paruisq;, semipedis longitudinis, in terra stratis.) Antiqua scriptura: foliis oleæ, mollibus, ternis, per semipedem longitudinis in terra stratis. Cap. XI. Hippoglossa folia habet figura sylueſtris myrti.) Non Hippoglossa, sed Hypoglossa. Non enim ab equinæ linguæ similitudine dicitur, sed quod paruum folium ceu lingua de folio eius exeat. Aliqui ægonichon uocant, alij dios pyron, alij heraclean.) Vetusta exemplaria pro heraclean habent heracleos, ut sit genitiuus quemadmodum dios, & sub audias pyron: ac si latine dicas Iouis Herculisue triticum. Quod & magis miror, quoniam utilis prodatur sanguinem excreantibus.) Legendum, Quod eo magis miror. Cap. XII. Vis ei styptica & exulceratrix.) Scribo septica. i. corrosiua, ut nunc medici uocant. Sequenti uersu scribo: in Augustum mensem incurrente, non in Augusto mense. Ergo species lymphantium hoc modo animorū esse credimus.) Vera lectio: ego species lymphantium hoc modo animorū esse crediderim. Foliis rutæ, similis gramini.) Antiqua lectio: foliis rutæ, semine graminis. De Polygono siue sanguinaria loquitur. Mares autē semine tantū differunt, quod est incipiente oliua.) Incorruptiores codices hanc lectionē habēt. Mares aūt semine tantū differens, quod est incipientis oliuę. Mares autē. s. partus facit: quod hic quoq; subintelligi debet. Cap. XIII. Foliis lenticulę densis, amaris, aduersis in se.) Lege, aduersis inter se. De trichomane loquitur. Tragonis, siue tragion, nascitur in Creta tantum insula, in maritimis.) Paulo elegantius est: nascitur in Cretæ tantum insulæ maritimis.

EX LIBRO VIGESIMOOCTAVO. Cap. I

QVanq; & ipsi consensu proprij iudicij ita eligere laborauimus, potiusq; curæ rerū q; copiæ institimus.) Antiqui codices multo melius, Quanq; & ipsi consensu propè iudicata eligere laborauimus. Quod Plinius hic de se prædicat, id non minus uere ipse quoq; usurpare possem, ut qui nihil magis dum hęc tracto prę oculis habuerim q; ueterū iuxta atq; emendatorū exemplariū inter se consensum: cuius propositi nec dū pœnitet, & bona quędā spes pollicet, candidos quosq; qui Musarū fores pulsant hanc nostrā opellā non omnino fastidituros: fieriq; potest ut & illis qui iam intra adyta penetrarūt, nonnihil conferat: de ijs duntaxat loquor qui Plinianæ lectionis auidi non semper uetera exēplaria ad manus habent, quò recurrere possint, quotiescūq; scrupulus aliquis

quis inciderit. Sanguinem quidem gladiatorũ bibũt, ut bibẽtibus populis procul sint comitiales morbi.) Quanto melior uetus lectio: Sanguinẽ quoq; gladiatorũ bibunt, ut uiuentibus poculis, comitiales morbi. Cum è plagis hunc ne ferarũ quidẽ admoueri ori fas sit humano.) Scribo iuxta fidem nostrorũ exemplariũ: cum plagis ne ferarum quidẽ admoueri ora fas sit humana. Idq; magis ad pręcedẽtia quadrat. Quasi uero sanitas uideri possit, feram ex homine fieri. Quin morbo dignũ, non ipsa medicinæ gratia, egregia hercule frustratione si nõ prosit. Aspici humana exta ne fas habetur, quãto magis mandi.) Et hic locus est unus è pulchre cõtaminatis. Restituimus, unde cętera, sic: quasi uero sanitas uideri possit, feram ex homine fieri, morboq; dignũ in ipsa medicina, egregia hercule frustratione si nõ prosit. Aspici humana exta nefas habetur, quid mandi? Sequẽti uersu Fecisti redundat. Vitam quidem non adeo extendendã censemus, ut quoquomodo pertrahenda sit.) Sincera lectio. Vitam quidem non adeo expetendã censemus, ut quoquo modo trahenda sit. Vel ex hoc capite abunde perspicuum esse potest, & nostrũ laborẽ minime superuacuũ esse, & illos persępe falli, qui librorum typis excusorũ fiducia de ueteribus manuscriptis uix unq; cogitãt, ignari quantũ sibi in priscorum monumẽtis cõspurcandis sacrilega publicoq; odio digna quorundã non dico amusorũ sed plane asinorũ audacia permiserit: cũ nõ raro fiat ut tenebrio quispiã plus mendarum in unũ aliquod boni autoris opus ex putido suo cerebro inuehat, q; quãtum septẽ alij docti uiri, omni conatu adnisi, perpurgare sufficiant Cap. VII. Extat Tucciæ Vestalis incestæ precatio.) Atqui incesti crimen falsum erat: legendum igitur, incesti deprecatio ac mox sequenti uersu, anno Vrbis, nõ anno urbis Romæ. Nã Romæ nugator aliquis addidit contra oĩm doctorũ consuetudinẽ. Sic dicimus anno ab Vrbe cõdita, non ab urbe Ro. Et omnia approbãtibus DCCCXXX annorum euentibus.) Lege, ea omnia. Mancipia fugitiua retinere in loco precationis.) Precatione. non precationis. Et quod ibi statim subtexitur, Quod si semel recipiatur, in antiquis uoluminibus non male legitur: cum si semel recipiatur. Neq; diras aues, neq; ulla auspicia pertinere ad eos, qui quamq; rem ingredientes obseruare se ea negauerint.) In emendatis codicibus non additur aues: quibus eo libentius accedo q; supra in hoc ipso capite sic legatur: quoties ipsæ diræ obstrepentes nocuerint. Et solent plerunq; uoculas tales assuere glossularij, lõge interdũ à scopo aberrantes, quod & hic factum equidem non dubito. Quinetiã & legum ipsarum in xij tabulis uerba sunt.) Rectius antiqua scriptura: Quid nõ & legum &c. Inepte enim simul ponuntur etiam &. Non pauci etiã serpentes ipsas recantari, & hunc unũ esse ipsis intellectum.) Aliquãto mollior est uetus lectio: & hunc unũ illis esse intellectũ: q; si repetatur, ipsos, ipsis. Incendio inter epulas nominato, aquam sub mensa profundi abominamur.) Quem nõ offendat huius lectionis absurditas? aut quis non sentiat, alterã esse sincerã, quæ in impressis etiam quibusdã codicibus habetur? incẽdia inter epulas nominata aquis sub mensas profusis abominamur. A qua profusa pulchre conuenit incendiũ abominãtibus: at quid causæ uel cõminisci possumus, cur ad incendiũ nominatũ aquæ effusionẽ abominari debeamus? aut cur aquam effundi potius abominemur, q; incendij mentionem? Priusq; eam ipsam nominaret, aliusúe ei prædiceret.) Lege: priusq; ipse eam nom. Nam ipse & alius, sibi inuicem opponũtur. Carmina quædã extant contra grandines, contraq; morborũ genera, contra ambusta. Quædam etiam in partus. Sed in prodendo obstat ingens uerecundia.) Antiqua exemplaria hoc loco nõ parum discrepant à uulgatis editionibus: contraq; morborũ genera, contraq; ambusta quædã etiam experta. sed prodendo obstat ingens uerecũdia. ut de experimentis intelligatur nõ de partubus. Cap. III. Hominum mõstrificas naturas & ueneficos aspectus plenius diximus in portentis gentium.) Plenius superfluit. Nam in insula Nili Tentyrij.) Tentyra potius q; Tentyrij Cap. IIII. Sed & alios efficaces eius usus recognoscat uita. Ita despuimus comitiales morbos, hoc est, contagia regerimus. Simili modo & fascinationes repercutimus, sinistræ dextræq; clauditatis occursu.) Primũ ita redundat, natũ ex pręcedenti dictione uita. deinde sinistræ similiter superfluit. Legendũ enim, fascinationes repercutimus dextræq; clauditatis occursum. quæ postrema uox cum finalem literã casu aliquo amisisset, nec iã cõpareret alter accusatiuorum, castigator ne nihil ageret cũiunctio, de suo adiecit sinistræ: itaq; error errorẽ peperit: ut ferè fit quoties absq; archetyporum præsidio, ex nobis ipsis sincerã lectionẽ addiuinare conamur, iustissima hercle frustratione, sed graui studiosorũ incõmodo, quibus ad hũc modum nimiũ sæpe os sublinitur. Veniã quoq; a deis spei alicuius audacioris petimus in sinum spuendo Etiam eadem ratione terna &c.) Etiam aptius præcedentibus cohæret, in sinum spuẽdo etiam. Sequentibus adiunctũ ociosum est. Sensus est: non simpliciter spuendo, sed in sinum etiam proprium. Nunc mirum dicemus, sed experimento facile.) Dele nunc. Sic em̃ magis aures ferit, atq; ad attentionem excitat, Mirũ dicemus: & sic ferè Plinius loqui solet, nec aliter habẽt probatę fidei exemplaria: quod dissimulassem, ni studiũ esset non sensus modo suos reddere Plinio, sed uerba etiam ipsa, quantũ fieri potest, annumerare. Leprasq; ieiuno illitu arceri.) Ieiunæ, non ieiuno. ac mox, Marcion, non Martion. Eæ sunt: abstinere à cibo nimio,) Scribe tantũ, Abstinere cibo nimio: cætera redundant: alioqui non congruet quod sequitur, in præsentiss. remedijs habetur.

Notandũ, nullum animal aliud præter hominẽ calidos potus sequi.) Et hic duæ dictiones superfluũt, præter hominẽ, hominis uidelicet alicuius maleferiati assumentũ. Itẽ posca oculos contra

lippitudines

ſippitudines,certa experimenta ſunt.)Sic enim claudendũ hoc caput,ut ſequẽtis initium ſit,Sicut totius corporis,contra quàm in uulgatis editionibus hæc capita diſtinguuntur. Cap.v. Vlti moq; probro maius in ciſijs triũphalibus ſedẽti dicebatur,uel in capitolio epulanti.) Tota hic aberratũ eſt uia:in eam reducent nos archetypa,in quibus ita ſcriptũ eſt:ultimoq; probro manus in cibis triumphali ſeni deducebatur,uel in capitolio epulanti. Senſus eſt iã planus,qui antehac erat obſcuriſſimus. Cap.vi. Digitis pectinatim inter ſeſe amplexis.)Magis placet antiqua ſcriptura:digitis pectinatim inter ſe implexis. Nam è diuerſo ſcandentesq;.)Lege, Nam euerſos ſcandentesq;. Atq; etiam quotidiani cinctus tali modo.)Rectius,Tali nodo. Auguriũ ex homine ipſo non eſt timendi mortẽ in ægritudine.)Scribendũ,Auguriũ ex homine ipſo eſt non tim. m.in æ. Contra aurium pituitas uermiculosq;.)Lego,aurium pura.i.aures ſuppuratas. Vlcera capitũ,prurigines,nomas.)Pro prurigines malim porrigines, quod eſt in antiquis exẽplaribus.

Cap.vii. Alij cum hyſopo & adipe anſerino.)œſipo,non hyſopo.Eſt autẽ œſipum, ut Naſonis uerbis utar,ſuccus ab immundę uellere raptus ouis. Pulmonum quoq; incõmoda lacte mulieris ſanãtur,cui admiſceatur impubis pueri urina & mel atticum,oĩa ſingulorum cochleariũ mẽſura.Murmura quoq; aurium eijci inuenio.)Confuſa ſunt remedia,hoc modo diſtinguenda. Pulmonũ quoq; i.l.m.ſanantur.cui ſi admiſceatur i.p.u.& m.a.o.ſ.c.menſura,m.q.a.e.i. Anguli oculorũ ſubinde madificentur.)Madefiant,non madificentur. Non ſegnius & in ſilente luna coitus ſuos maribus exitiales eſſe.)Legendũ:non ſegnius & ſilente luna,coitusq; tum maribus exitiales eſſe.non ſegnius ad præcedentia refertur. Metrodorus Scepſius in Cappadocia inuentũ prodit, ob multitudinẽ cantharidũ ire illas per media arua,retectis ſuper clunes ueſtibus.)Vera lectio,ob multitudinem cantharidũ.Ire ergo per m,&c. Item nouella uitis eius tactu in perpetuum lædit. Vt ad noxiam res medicatiſſima trãsferat,rutam & ederas ilico mori.)Lege, Item nouellas uites eiu ſtactu in perpetuũ lædi:rutam & ederas res medicatiſſimas ilico mori.Suffragantur & hic quẽ admodũ in cæteris uetuſta exemplaria. Aciem in cultris tonſorum hebetari,æs contactũ graue uirus odoris accipere.)Scribo,hebeteſcere.& odoris redundat. Nam bitumen in Iudæa naſcẽs, ſola hac ui ſponte ſuperari.Et fila ueſtis contactæ,ut docuimus,ne igne quidẽ uincuntur quo cuncta.Ciniſq; etiam ille,ſi quis aſpergat eum lauãdis ueſtibus,purpuras mutat,floribus colorem adimit,ne ipſis quidem fœminis malo ſuo immunibus.)Aliter in noſtris exemplaribus legitur,& quidem non paulo melius:itaq; retexemus totum,illaq; ſequemur.Nam bitumen in Iudæa naſcens, ſola hac ui ſuperari,filo ueſtis contactæ;docuimus,Ne igne quidem uincitur quo cuncta: ciniſq; etiam ille ſi quis aſpergat lauandis ueſtibus,purpuras mutat,florem coloribus adimit,ne ipſis quidem fœminis malo ſuo inter ſe immunibus.De bitumine Iudaico meminit ſupra lib.7.cap.15.

Quæ Lais & Cleophantus inter ſe contraria prodidere.)Scribendũ Lais & Elephantis.Fuit autem utraq; meretrix,et utraq; de rebus muliebribus ſcripſit,poſterior etiã de concubitus ſchematibus,cuius & Martialis meminit,& Politianus.Legendũ itaq; mox:aut inter ipſas pugnantia,cum hæc fœcunditatem fieri ijſdẽ modis quibus illa ſterilitatẽ pronunciaret.Catalogus quoq; autorũ quos Plinius hoc libro ſequitur Laida & Elephantida cõiungit.Cæterum pro radice braſſicæ uel myricæ,in manuſcriptis eſt braſſicæ uel myrti. Bythus Dyrrhachinus hebetari aſpectu ſpeculorum nitorem tradit.Iiſdem aduerſa rurſus contuẽtibus,omnem talẽ uim reſolui,ſi nullum piſcem habeant ſecum.)Bonam hercule operam deprauator hic nauauit,cuius pręmium equidẽ nõ aliud darem quàm magnum aliquod malum,iam ſexcenties promerito.Sincerã lectionẽ archetypa cõmonſtrant,nempe hanc.Bythus Dyrrhachinus hebetata aſpectu ſpecula recipere nitorem tradit, ijſdem auerſa rurſus contuentibus:omnemq; uim talem reſolui, ſi mullum piſcem ſecum habeãt.

Veſtis omnino ita infectæ portiuncula,acu uel licio,brachiali inſerta.)Lege,acu uel licio. quaſi dicat, uel unico filo. Sic & comitiales excitari,morbosq; ſanari.)morbosq; ſanari de ſuo aliquis attexuit,contra ueterũ archetyporum fidẽ. Suppoſita tãtum calici lacinia menſtruo tincta tali.) Satis erat:ſuppoſita tantũ calici lacinia tali:idq; Plinij ciuilitatẽ magis decebat,cætera haud dubiũ quin gloſſularius aliquis,ut ſolent,adiecerit. Correptam ſubnecti collo:& ita diſcuti morbum.) Dele &. Cap.viii. Proboſcidis tactu capitis dolor leuatur efficacius ſi & ſternutet.)Rectius,ſi & ſternuat. Sanguis & iſchiadicis prodeſt.) Syntecticis, non iſchiadicis, ſi ueteribus ac emendatis uoluminibus credere libet.Mox ne nihil ageret caſtigator Leonis adipes cuſtodiũt, in adeps cuſtodit mutauit:& magorũ uanitas promittit,in uanitates promittũt. Similiter dentis.) Lege,ſimilia.ſ.promiſſa. Setas è cauda contortas,& ſiniſtro brachio illigatas.) Scribo adalligatas. Permutationes ſexus ex his annua uice diximus,cæteraq; mõſtrifica naturę eius.) Antiqua ſcriptura, De permutationis ſexus annua uice diximus,cæteraq; de mõſtrifica natura eius. Præcipue pantheris eſſe in metu hyenæ dicuntur.)Germane latina lectio hæc eſt. Pręcipue pantheris terrori eſſe traduntur,nam hyenã hic repetere quorſum attinebat? Facilius autẽ capi,ſi cinctus ſuos uenator,flagellumq; & ipſos equos ſeptenis alligauerit nodis.)Elegantior ſimul et uerior eſt uetus lectio,flagellũq; imperitans equo ſeptenis alligauerit nodis. Febribus quartanis iecur deguſtatum ante acceſſiones.)Lege,deguſtatũ ter.quod nõ parum referre putatur in eiuſcemodi remedijs. Promiſſo in triduũ conceptu.)Melius,intra triduum.In triduum aliud ſignificat:ut cum

dicimus.assumpto in triduum cõmeatu.i.quantum tribus diebus sufficiat. Mulieri prægnanti à pectore hyenę caro,& pili septem & genitale,à ceruice si alligentur dorcadis pelle colla suspensa, contineri partus promittunt.)Repręsentabit & hic uetus lectio,uel quo ex collatione ueritas facilius eluceat.Mulieri candida à pectore hyenæ caro,& pili septem,& genitale cerui,si illigẽtur dorcadis pelle,collo suspensa continere partus promittunt.ut suspensa neutri generis sit, casus accusatiui,& omnia supra dicta referat. Eodem genitali & articulo spinæ cum adhærente corio conseruatis.)adseruatis,non conseruatis. Eodem suffitu mulieribus menstrua euocari.) Scribo, mulierum menses:quod Plinio est usitatius. Membranã quæ fel continuerat,à cardiacis potam.)Codices uetusti,quæ fel contineat,cardiacis potam. Quæ autem in uesica inuenta sit urina, additis oleo ex sesamo,& melle asiano haustam prodesse acrimoniæ ueteri.)Deprauator quantum uideo non leui brachio caput hoc attigit.Quæ sequimur exẽplaria non addunt asiano, neq; medici inter mellis genera asiaticum celebrant.& pro acrimoniæ,habent ægrimoniæ. Siue lucernis,siue uisu, siue peluibus.)Illic legitur,siue lucernis,siue pelui. Nec uideo quid hic siue uisu faciat. Fimum qui in intestinis inuentus sit.)Scribo,quod in int.inuentum sit.nam neutro genere Plinius hoc nomen usurpat. A cane uero morsis adipem illitum,& corium si sit substratum.)Aeque pleno sensu scriptum erat,& corium substratum.Quid sibi uolunt in Pliniana purpura tã crebra pannorũ assumenta:aut qualis gratia debetur prauis istis sartoribus? Peruncios omnibus odio euenire.) uenire,non euenire. Contra ducum ac potestatũ iniquitates cõministrant.)Quid malum cõministrant commonstrant legi debet. Si omnino aliquantulũ quis secum habeat.)Non male uetus lectio:si omnino tantum aliquis secum habeat.Plinius ait sufficere si tantum habeas tecum eam si stulam:alius mutauit sensum,docens satis esse quantulamcunq; eius partem. Canini eius dentes febres statas arcent repleti,sunt enim caui.)Lege addendo,thure repleti. Adulterant amylo aut cimolia,sed maxime sturni,quos captos oryza tantum pascunt.)Coniector multũ aberrauit à scopo. Vera lectio est hæc:sed maxime qui captos oryza tantũ pascunt.Sentit eñ Plinius, crocodileã ex captiuis adulterinã esse,utpote longe deteriorẽ,nimirũ mutato animalis uictu. Præterq; in risu coarguentiũ.)Lego,præterq; ubi irrisu coarguendum. Eundẽ salutarem esse parturientibus circa domũ.Sin uero domibus inferatur pernisiosissimũ.)Egregie deprauatũ & hoc,non minus quàm superiora.Restituetur in integrum hoc modo.Eundem salutarem esse parientibus,si sit domi:si uero inferatur,perniciosissimũ.Est enim uerus sensus longe alius quàm ille prior : est autẽ hic.Chamæleontem salutarem esse,si multo ante parturitionem illatus sit:sin idem parturienti iam superueniat,perniciosissimũ esse.Suffragãtur ubiq; uetusti codices. Capitis dolores, insperso uino,in quo latus alterutrum maceratũ sit,sanari fœminis.)Mirum uero si hoc remedium in solis fœminis uim suam exerit,in maribus non item.Distinctio praua sensum deprauat.nam fœminis paternus casus est & sequentis orationis initium hoc modo. Fœminis sinistri uel pedis cineri si misceatur &c.Quibus in uerbis uel detractum erat,si transpositũ. Serpentes fugari liene instillato.) At quonam instillandus est,aut quomodo? Lege,Serpentes fugari ignibus instillato.Nam & hoc experimentũ & duo proxime sequentia,de felle non de liene accipi debent, iuxta fidem emendatorum codicum. Illita inimicorũ immane odium & omnium hominum his cõciliare.)Certe ad inimicorum odium nullo opus est uenificio,ut qui ultro & exosi sunt & oderunt uicissim. Verior igitur uetus lectio:illita inimicorũ ianuæ odium om.h.h.c. Prodest contra sagittas uenenatas,ut Apelles tradit,postea sumptus,) Vetus lectio:Prodest & contra sagittarũ uenena,ut Apelles tradit,ante posteaq; sumptus. Vt intelligamus eum pręseruatiuã etiam uim habere. Præterea eiusdem decoctum cum melle sumptum uenerẽ inhibere.)Paulo melius legetur, eiusdem decocti ius cum melle. Est crocodilo cognatio quædam affinitasq;.)Affinitas superuacua est.Sequenti uersu lege detrahendi sanguinis,nõ trahendi. Plurimi autem super Saiticam inter Aegypti præfecturas.)Lege,super Saiticam pręfecturam.ac rursus,Item fimum suffitu,non fimus . &, dentes è parte læua,addita præpositione.Tandem finem fecit deprauator,duntaxat in hoc capite,sed non nisi proximus capitis fini.Porrò uel hoc caput argumento est,quod tot mendis refertũ hactenus Plinium(ut cæteros autores taceam)habuerimus,non tam librariorum oscitantiã in culpa esse,q; male literatos istos castigatores,iustius diuinatores aut coniectores appellandos: qui tamen alibi plus alibi minus,prout collibitũ est,se exercuerunt.cęterũ scribę inscitia labi solent,nõ temeritate: erratacq; eorũ nõ magni negocij sit deprehendere,maxime cordato & erudito lectori.illi cõtra homines nefarij,maiore periculo,nec tam facili remedio,& in maioris momenti rebus peccãt, nulla religione nihil non contaminãtes,planecq; iuxta Flacci dictũ,mutãt quadrata rotundis. Dicas eos manibus se deuouisse,nisi omnes quotquot possunt bonos autores suis uenenis infecerint, suiscq; fœtoribus conspurcauerint.Sed desinat stomachatio,& si nimio quàm uellem iustior, & ad præsens potius negocium redeamus. Cap.IX. Sicuti è lactis usu,utilissimũ cuiq; maternum, nutricis exitiosum est.) Vt in ipso statim portu impegit egregius gubernator :nam quid ego audio,nutricis lac infantibus exitiosum esse? Cur igitur tãtum ubiq; nutricum numerum uidemus, infantum tamen exitia nihilo crebriora,quàm inter eos qui maternis uberibus aluntur? Lego,Sicuti de lactis usu. Quæ uerba à prioris capitis fine pendent. Deinde. Vtilissimũ cuiq; maternum.

Alioqui

Alioqui iuxta priorem lectionem non utilissimum erat, sed plane necessarium. Sequit, Concipere nutrices exitiosum est. Sic enim quæ sequuntur nunc demum probe quadrabunt. Minus inflat quodcunq; decoctum. Sanat uuas, lichenas. Ad omnia utile contusa aut luxata, maxime renes, uesicam, interanea, fauces, pulmones.) Obsecro quid cõmune licheni cum uuis? aut quis uncq; fando audiuit, luxatos, renes, uesicam, interanea, fauces, pulmones? uel uesicam contusam, interanea ue, aut pulmonẽ. Quid igitur præsidij reliquũ est nisi in archetypis? ea sic habent. Minus inflat quodcunq; decoctum. Vsus lactis ad omnia intus exulcerata, maxime renes &c. Nam ut in Achaia bubulum biberent phthisici syntecticiq; & cachectę, diximus in ratione herbarũ.) In Arcadia, nõ Achaia. Dixit autem hoc lib. 25. cap. 8. Quod est maxime coactum, in summo fluit. At id exemptum addito sale, oxygala appellant.) Sic nobis transcribũt uetera exẽplaria, qui nec legere sciunt nec scribere. Lege, in summo fluitat id exemptum, &c Quod magis uirus respuit, hoc præstantius iudicatur.) Quid est, uirus respuit? Lege, resipit. Præstantius autem medicinæ, opinor, non cibis. Oxygala fit & alio modo, acido lacte addito in recens, quod dum acescit utilissimũ est stomacho.) Legendum in recens quod uelis acescere, utilissimũ stomacho. Proxima in cõmunibus laus est adipi, sed maxime suillo. Apud antiquos etiam religiosus erat.) Elegantior lectio, Proxima in cõmunibus adipis laus est, sed maxime suilli, apud antiquos etiam religiosi. Medicorum aliqui admixto anseris adipe, taurorumq; seuo & hyssopo.) Rursus œsipum deprauatũ in hyssopum. Vbi notandum sympathian quandam esse œsipo cum adipe anserino, quãdoquidem & supra cap. 7. ad podagras ad uuluæ dolores eædem species miscentur. Omnino enim non nisi ad ea quæ purganda sint, aut quæ non sint exulcerata & calida recipitur.) Legendũ, aut quæ non sint exulcerata, salsa petitur. Saxungia. Iamq; probe quadrabit, quod hactenus ad præcedentia nõ congruebat. Mox sequenti uersu contra phthises lege, non cõtra tussim. Sic enim in probatæ fidei uoluminibus scriptũ est, & aliàs non bene cõueniet quod mox sequitur, scapulis eorum qui phthisin sentiunt. Parotidas admixta farina è salsamentaria testa: quo genere proficit ad strumas. Pruritus ad papulas in balneo perunctis tollit.) Scribo, Parotidas admixta farina salsamentariæ testæ: quo genere proficit & ad strumas. Pruritus & papulas in balineo perunctis tollit. nam et hęc uox balneũ uitiosa est, cum uterq; Plinius balineum appellet. Quin & græcis quadrisyllabũ est βαλάνειον. Multi priuatim sic taurorũ, leonum, pantherarũ ac camelorũ pinguia curari iubent.) Elegantius est, taurorum leonumq; ac pantherarũ & camelorum. ut quædã coniunctionũ ceu catena nectatur. Item equarũ præterq; uirginum erodit, emarginat, ulcerat.) Lege, emarginat ulcera.

Tantum potest sympathia illa de qua loquũtur.) Loquimur, non loquuntur. Hircorum sanguini tanta uis est, ut ferramentorum subtilitas nõ aliter acuatur aut induretur, aut scabritia politur, uehementiusq; quàm lima.) Antiqua lectio: ut ferramentorũ subtilitas non aliter acrius induretur, scabricia tollatur uehementius quàm lima. Et ideo suis quæq; dicentur effectibus.) Lego, quisq; suis dicetur. nam de sanguine tantum loquitur. Vt si quæ sunt, extractas cauernis mandant.) Scribo, mandentes. Nam ut pro utpote ponitur hoc loco. Fugiunt & omnino aliquid cerui habentes.) Vetus lectio, omnino dentem cerui habentes. nam omnino ad habẽtes refertur. Sic supra cap. 8. si omnino tantum aliquis secum habeat. Aut medulla perunctos seuóue cerui aut uituli.) Hinulei, non uituli. Cap. x. Item lactis haustus cum uua aminæa.) Taminia, non aminæa, cuius usus in medicina nullus est. Canis rabidi morsu facta uulnera circũcidunt ad uiuas usq; carnes. Quidam carnem uituli admouent.) Lege & distingue, C.r.m.f.u.c. ad uiuas usq; partes quidam, carnemq; uituli admouent. Hoc idem præstare & pellis è ceruice solida existimatur: quippe tanta uis est animalis. Præter ea quæ retulimus, & uestigia eius calcata equis afferunt torporem.) Similis error priori. Legendũ: quippe tanta uis est animalis, præter ea quæ retulimus, ut uestigia eius calcata equis afferant torporem. Veruntamen fortiora eadem cũ in equis intelligi debẽt.) Scribo, fortiora omnia eadem. Et toxica expurgantur.) Exemplaria uetusta habent, expugnantur, ut hoc de antipathia intelligatur. Omnia sesami quoq; iure poto.) Vera lectio, Omasi quoq; iure. Neq; enim ex frugibus remedia in hoc libro traduntur, sed ex animãtibus. Ius omasi & 12. cap. est inter remedia Cap. xv Cum succo oleris, ita ut uncto inarescat.) Codices ueteres, ita ut unctio inarescat. Sed & corruptos dentes confirmari.) Iidem codices pro corruptos, habent combustis. s. ossibus. Asinæ quoq; lacte percussu uexatos.) Manuscripti codices, Asinino quoq; lacte. Castigator ueritus, ne forte quis de maris asini lacte id acciperet, scripsit asinæ. ò solertiã asininam. Cap. XII. Poppeaq; hoc uxor Neronis principi instituit.) In uetustis exemplaribus tantũ est, Poppea hoc Neronis principis instituit. Sicut diximus, Cornelia Gracchi, Terentia Ciceronis. Friuolum licet uideatur, non tamen omittendum.) Eadem exemplaria non addunt licet: tantum est, Friuolum uideatur, ἀλωπικῶς. Aestates, & quæ discolorem faciunt cutem.) Decolorem nõ discolorem. Hirci fel & lentigines tollit, admixto caseo & uino, sulphure spongiæq; cinere.) Lege, & uiuo sulphure, spongiæq; cinere. Labrorum scissuris cum adipe anserino.) fissuris, non scissuris. Et bouis ungulæ cinis ex aqua: Fimum quoq; feruens ex aceto decoctũ, testesq; uulpini.) Lege addendo, Et bouis ungulæ cinis ex aqua: Fimum quoq; feruens ex aceto. Item seuum caprinum cum calce, aut fimum ex aceto decoctum, testesq; uulpini.

Prodest & sapo: Gallorum hoc inuentũ rutilãdis capillis, ex seuo & cinere. Optimus fagino & carpino.) Optimus non ad cinerem refertur, sed ad saponẽ. sed his duabus uocibus seuo & cinere, reddũtur aliæ duæ, fagino & caprino, quod posterius in carpino deprauatũ est. Vngues contusos fel uniuscuiusq; animalis circumligatum.) Scribo, fel cuiuscunq; an. cir. Cap. XIIII.

Vtuntur ad utrunq; uitium & coagulo hædi in uino myrteo, magnitudine fabę poto: & sanguine, & eiusdẽ in cibo formato, quem sanguiculum uocant.) Lege: & sanguine eius in cibũ formato. Item in uino myrtite, non myrteo. Cornus ceruini teneri cinis, cochleis africanis cum testis suis mixtis, in uini potione.) Melius, cochleis africanis cũ testa sua tusis mixtus. Cap. XV. Calculos expellunt lienes equini.) Legendum lichenes equini: itaq; scriptum uisitur in uetustissimis exemplaribus. alioqui satis erat dicere, lien equinus. Demonstrant urinam facere in canis cubiculo, ac uerba adijcere, ne ipse urinam faciat ut canis in suo cubiculo.) Vtrobiq; cubili legendum: nam canis cubiculũ nemo unq; Latinus dixit. Quem dicunt cum interficiatur reddere urinam liquidiorem in initio, sed in terra spissantem se.) Quem, calculũ non onagrum. Proinde rectior est antiqua scriptura, Quem dicitur cum interficiatur reddere urina liquidiorẽ initio sed in terra spissantem se. Cap. XVI. Perniones ursinus adeps, rimasq; pedum omnes arcet.) Sarcit, non arcet. Iniurias à calceatu.) Vetus lectio, è calceatu. Potum uero sublime ex aqua.) Hæc uerba male in uulgatis editionibus distrahũtur à pręcedẽtibus: & sub limine scribendũ, pro sublime. nam hoc ad magicam superstitionem attinet: & remediũ ex magorum autoritate præscribitur.

Quis hoc quæso inuenire potuit. Quæ est ista mixtura? Cur digitus bubonis potissimũ electus est?) Et hic uetus lectio paulo melior. Quis hoc quæso inuenire potuit? quæue est ista mixtura? cur digitus potissimũ bubonis electus est. Cap. XVII. Lupi & capræ seui cyatho, uel lactis pari mensura, deploratũ phthisicum conualuisse certus autor affirmat.) Mira uero mixtura, sicere dignum est. Equidem malim ueterem lectionem, ut uerisimiliorem. Rupicapræ seui cyatho, & lactis &c. Ramenta pellis ceruinæ desecta pumice.) Imò deiecta. pumex enim non secat. Sequenti uersu pro Ruborẽ lege Rubori. pendet enim & hoc à uerbo illinitur. Sunt qui id coxisse aceto, utilius putent.) Rectius, sunt qui incoxisse aceto utilius putent. Cap. XVIII. Aut cum musci pari pondere, aut cum propoli.) uisci, non musci, attestantibus uetustis exemplaribus. Cap. XIX. Tædium ueneris fieri dicit Aeschines.) Legendum, Osthanes. Is fuit uir Persa, professione magus. Et testiculi equini aridi, ut potioni interseri possint.) Interi, non interseri. Cap. XX. Insuper pedes boũ, si prius cornua pice liquida perungant.) Emendati codices, Non subteri pedes boum, si &c.

EX LIBRO VIGESIMONONO Cap. I

QVanquam non ignarus sum, nullis ante hæc Latino sermone condita, ancepsq; ac lubricũ esse rerum omnium nouarum principiũ, nec aliud utiq; gratię q̃ sterilis difficultatis in promendo.) Quis obsecro in his postremis uerbis micam Plinianæ elegantiæ agnoscat? In uetustissimo codice scriptũ repperi, Quanq̃ non ignarus sim, nullis ante hæc Latino sermone condita, ancepsq; lubricũ esse rerũ omnium nouarũ, talium utiq; q̃ steriles gratiæ difficultates in promẽdo. Cæterũ lubricum hic substantiuum nomen est, idq; fefellit eum qui principiũ adiecit. Mirumq; & indignũ protinus subit, nullã artium inconstantiorẽ fuisse, & etiãnum sępius mutari cõtigerit.) contigerit redundat. Scribere in templo eius dei qui auxiliatus esset.) Scribo, quid auxiliatum esset: & eius dei, ad Aesculapiũ refertur. A Creonte Agrigentino.) Legendũ, Acrone Agrigentino, septimo casu, In eum Acronem Empedocles ciuis eius & amicus, hoc lusit epitaphio.

ἄκρον ἰατρὸν ἄκρον, ἀκραγαντῖνον πατρὸς ἄκρου,
κρύπτει λιμνὸς ἄκρῳ πατρίδος ἀκροστάτης.

In musicos pedes uenarũ pulsu discreto.) Rectius descripto. Censusq; quanq̃ exhaustis opibus Neapoli exornata ut hæredi H-SCCC relinqueret, quadragena id est Aruntius solus.) In manuscriptis reperio: censusq;, quanq̃ exhausti opibus Neapoli exornata, hæredi H-SCCC relique re, quantũ ad eam ætatẽ Aruntius solus. ut hæc uerba de ambobus fratribus accipiant. Nullius histrionũ par, ex quo de trigario comitatu regressus in publico erat.) Vetusta scriptura, Nullius histrionum equarumq; trigarij comitatior egressus in publico erat. Vult enim autoritatẽ eius demonstrare per turbas in honorẽ eius affectantiũ, qua in re cõfert eum gratiosissimis tum apud plebem, sed histrionibus aurigisq; qui Circensibus trigas equarũ agitarent, qua exercitatione Nero quoq; ipse eius tẽporis Romanorum princeps in primis delectabat. Iamq; pulchre cõgruet quod mox subiungit: cum Crinas Massiliensis &c. Nullo idem cẽsente, ne uideatur assertio alterius.) Melius, accessio alterius. itaq; legitur in incorruptioribus exẽplaribus. Iis ipsis scilicet quæ nunc nos trademus.) tractamus non trademus. Intelligendũ enim etiã de iam dictis. Quæ nos per genera usus sui differimus Rectius quem. s. cõmentarium. Quinimo transit in cõuicium.) Lege, transit conuicium. nam hoc est quod mox dicit, ultroq; qui periere arguuntur. At de iudice ipso quales in consiliũ eunt, statim occasuri.) occisuri, non occasuri. crassum sane erratũ, quod tamen non unã æditionẽ occupauit. Non sunt artis ista, sed hominũ.) Paruulũ erratũ, sed non leuis momenti. Legendũ enim, Non sint artis ista, sed hominũ. Archontio uulnerum medico.) Reposuimus ex uetusto codice, Alconti. Huius & Martialis meminit: Ostendit digitũ sed impudicum,

Alconti

Alconti Dasioq; Symmachoq;. Et ab ijsdem deficientibus cibo sæpius die ingesto.) Cibos ingestos lege, ut cum præcedētibus cohæreat. Illa prodidere imperij mores.) Scribo, perdidere.

Neq; em̄ dubitauerim aliquibus fastidio futura quæ dicunt animalia, at nō Virgilio nefas fuit) nefas superuacuū est. subintelligitur enim fastidio. Ordiemur aūt à confessis, hoc est lanis ouibusq;.) Lege, lanis ouisq;, de quibus secundo & tertio capitibus. Nec deesset materiæ pompa.) Elegantius, Nec deerat Cap. II Sanguinē in naribus sistit cum oleo rosaceo & allio, indita auribus obturatis modico spissius.) Legendū: & alio modo indita auribus obturatis spissius, atq; ita legit in probatis exēplarib. Vulnera ex uino, uel aceto, uel aqua frigida & oleo asperfa sanat.) Illic legitur expressa, nō asperfa. Sordes quoq; caudarū concretę in pilulas, ac siccatæ per se tusęq; farina, & illitæ dentibus mire prosunt, etiā labentibus.) Lege, tusęq; in farinā. Item pro labentibus labantibus. i. uacillantibus. Cap. III. Sic & illita lienicis.) illita redundat. Cibis quot modis iuuent notū est, cum trāsmittant fauciū tumorē.) Vetus lectio, Cibo, quot modis iuuent notū est, cum transmeēt f. t. ac mox: simulq; uim potus & cibi habeat, nō uini usum. Quo fuerint ea excellentiora, hoc præsentaneū remediū erit.) Scribo, hoc præsentius. Equitē Romanum euocatum.) Pro euocatū legi debet è Vocontijs. nā Vocontij Galliæ ciuitas est, & ouorum genus, de quo loquitur, Gallis peculiare: atq; ita habent uetusta exēplaria. Multa præterea remedia sunt ex ansere, quod miror æque q̄ in in coruis.) Atq; è coruis non admodū multa remedia tradūtur. Vetusti codices habent, æque q̄ in capris. & recte. namq; id miratur Plinius, quod ex animalibus morbo obnoxijs tanta sit remediorū copia, ansere uidelicet & capra. Huc facit quod libri præcedētis cap. 10. mox circa initiū enumeratis eliquot è capra remedijs subijcit, quod quidē miror, cum febri negetur carere. Verū errori occasionē præbuit, quod & coruus aliquot mensibus singulis annis ægrotare dicatur, æque q̄ anser Cap. IIII. Præcipue in ascensu siderū.) assensu, non ascensu. alioqui male quadrat quod sequitur: cum lumine lunæ fibrarū numero crescente ac decrescente. ac mox, serpentes persequitur, legendū nō prosequitur. De mustela. Tribuunt ei & successus petitionū à potestatibus, & à dijs etiā precum, morborū remedia beneficiorum munere.) Vera lectio, morborum remedia, ueneficiorum amuleta. Propitiatis oratione dijs, fortunatā domum facere promittunt.) adoratione, non oratione. Item si quis eā ipsam in uapore baculo sustineat, aiunt eum futura præcinere.) Legendū, aiunt em̄ præcauere: attestantibus emendatis codicibus. alioqui nec præcedentia cōgruunt, nec sequentia. Democritus quidē monstrat quædā ex his confici.) Germanior lectio, Democritus quidē mōstra quædā ex his conficit. Vnde mōstrificæ dicuntur sagæ, quales Medea & Circe fuisse feruntur. Quidā oleo illo spumā argenteam decoquunt ad emplastri genus, atq; illa illinunt.) Lege, atq; ita illinunt Cap. V. Oportet igne cōburi omnia, modo ut semel diximus.) Sincera lectio, Oportet autem cōburi omnia eodē modo, ut semel dicamus.

Cap. VI. Alij lacte mulierum cum brassica cinerem muscarū subijciunt, quidā mel tantū.) Subigunt lege non subijciunt: & melle, non mel. Additis duabus sextis denarij sextiui, ut omnia œsypo illinantur.) è stibi, non sextiui. Porrò stibi quid sit, ipse Plinius docet in metallorum tractatione. Cinis lacertæ uiridis, uel in uino albo sole coactus.) Vetusti codices, Lacertæ uiridis fel in uino albo sole coactum. Quibus pluma auriū modo eminet.) Illic legitur, aurium modo emicat.

Apollonius Tyaneus.) Lege. Pitanæus. Est autem Pitane Aeolidis oppidum in Asia. Nam ut Tyanei testimonio Plinius utatur, temporum ratio uix patitur: ad hoc nō memorātur ulla Apollonij Tyanei in hoc genere scripta. Et præcipue spelunca ipsa imposita fronti ad duo tempora.) Antiqua scriptura: imposita per frontem ad duo tempora. Venātur eum formicæ circumligatæ capillo in cauernā eius coniectæ, efflato prius puluere ne sese cōdat: & ita formicæ cōplexu extrahitur.) Antiquior lectio: Venantur eum formica circumligato capillo in cauernā eius coniecta, efflato prius puluere ne sese cōdat: ita formicæ cōplexu extrahitur. At Hercule Diodorus & morbo regio & orthopnoicis restitisse tradit.) Rectius: At Hercule Diodorus & in morbo regio & orthopnoicis se id dedisse tradit.

EX LIBRO TRIGESIMO Cap. I

ISTos enim quisq; cōmuni auditu saltem cognitos habet.) Melius quadrat uetus lectio: Quotus enim quisq; auditu saltem cognitos habet. Siquidem Protea & Sirenū cantus apud eum non aliter intelligi uolunt: Circen utiq; et inferorum euocationē solum hac agi.) Quāto elegantior antiqua lectio: Circe utiq; & inferorū euocatione hoc solum agi. Troianis itaq; tēporibus quum Chironis medicinis cōtenta esset solo Marte fulminante, miror equidē illis populis famā eius in tantum adhæsisse, ut Menander quoq; literarum subtilitatibus peritus, in eadē Telmesso genitus Thessalā cognominarit fabulā, complexam ambages fœminarū detrahentium lunā.) Non dubito quin & hic uetus lectio, tanto sit uerior, quanto tum simplicior est tum planior, Sic enim habet. Troianis itaq; temporibus, Chironis medicinis cōtenta, & solo Marte fulminante, miror equidē Achillis populis famam eius in tātum adhæsisse, ut Menāder quoq; literarum subtilitati genitus, Thess. &c. Orphea putarem è propinquo primū intulisse, ad uicinas usq; superstitiones ac medicinæ profectum, si non ex Persis esset uis tota, in Thraciāq; magice delata fuisset.) Hic quoq; temere discessum est ab archetypis, in quibus sic legitur: si non expers sedes eius tota Thrace magices fuisset. Voluminibus Dardani è sepulchro eius petitis.) germana Plinij uerba sunt, in sepul-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171286-p0755-0 DFG

chrum eius petitis.ac mox:cætera in uiro illo probant:non,de uiro, Est & alia magices factio,à Mose etiamnum & Iochabele Iudæis pendẽs.) Modo dixit, Est & alia .i. etiam alia: quid igitur opus repetere etiãnum? Emendati certe codices aliud habent, nempe sic:à Mose & Iamne & Iotape Iudæis pendens. Is Iamnes in thaumaturgia antagonista Mosi fuit coràm Pharaone, quod in Paulinis epistolis legimus, magus insignis, quo factũ opinor ut Plinius Mosen quoq; similiter magum fuisse putauerit. Castigatorem fefellit similitudo scripturæ, dum pro & iamne legit etiamnũ: tertium nomen etiã typis excusa quædã exemplaria habent, recte quidem mea sententia, cum Hebræum sit & apud Hebræos autores reperiatur. Palamq; in tempus siluit sacri prodigiosi celebratio.) Lege, palamq; in tempus illud sacra prodigiosa celebrata. Quid ipse ego hanc memorem artem oceanũ quoq; transgressam, & ad naturæ inane peruectã in Britaniã, quæ hodie eam attonite celebrat.) Elegantior & germanior lectio: Sed quid ego hæc commemorẽ in arte oceanũ quoq; transgressa, & ad naturæ inane peruecta? Britannia hodieq; eam att.cel. Cap.III. At in superiore dolore duos superiores adalligãt.) Lego, At in superiorũ dolore. Fit eodem modo & dentifricium è caninis dentibus. Cinis è murino fimo inditus.) Lege & distingue. Fit eodem modo & dentifriciũ. Cauis dentibus cinis è murino fimo inditur. Vanũ esse arbitror, canis ortu angues cauda membranam exuere, quoniã neutrũ in Italia uisum est.) Antiqua scriptura, uanum arbitror esse, canis ortu angues candidos membranã exuere, quoniã nec in Italia uisum est. Pruritũ quidẽ intolerabilem facit: & ideo utilius est.) Vetus lectio: & ideo tolerabilius est. Cap.IIII Hæc cũ hircino seuo lichenas illita ex facie tollit smectica ui.) Scribo, Hæc cũ hircino seuo illita lichenas ex facie tollit septica ui. Sequẽti uersu lege, cõtectusq; brassica: nõ, cõtentusq;. Cap.VI. Iure pecudũ stomachus recreat.) perdicũ non pecudũ. Item uipera porcelli modo inassata.) Viuerra non uipera. Caninus si uiuenti exprimatur.) Lege, eximatur. Eliberat & lacerta uiridis eo dolore uiua, in olla ante cubiculũ dormitorij eius cui medetur suspensa.) Emendati codices, Eo liberat & lacerta uiridis, uiua in olla ante cubiculũ dormitoriũ eius cui medetur suspensa Cap.VII Resistit & cochlea sicut diximus in suspiriosis temperata.) Nisi legas, sistit aluũ & cochlea, quemadmodũ est in uetustis iuxta atq; incorruptis exẽplaribus, non quadrabit quod paulopost sequitur. Sistit & anatum mascularũ sanguis. Cap.VIII Aluũ cit & gallinaceorum decoctũ ius.) Legendum, Aluum ciet & gallinaceorum discoctorũ ius. Cochleas africanas cum sua carne & testa crematas pro cinere.) Scribo, iuxta fidem archetyporum, poto cinere: non, pro cinere. Cap.IX. Fel arietis cum seuo muris dissecti impositi.) Quis unq; uidit seuum muris? Lego & distinguo, Fel arietis cum seuo. Mures dissecti impositi. Quod si putrida ulcera, cera ad cicatricem perducunt.) Lege, cera addita ad c.p. Cap.X. Nunc autem reuertemur ad ea quæ totis corporibus medenda sunt.) Antiqua lectio, Nunc reuertemur ad ea quæ totis corporibus metuẽda sunt. Sed dexter pes circũscribatur, ac uestigiũ id defodiatur.) Effodiat, non defodiatur. Item fel cum melle præcipue anguinũ.) agninũ, non anguinũ. Ibidem, Lichen mulæ, non lien. Eadẽ omnia prædicantur ex uipera.) Rursus uiuerra in uiperam est deprauata. Vult enim eadem esse remedia è sylueſtri mustela, uiuerra appellata, quæ iam è domestica commonstrauit. Et sequenti uersu abstergeant. Plinianũ erat nõ abstergant: quod tamen semper mutatum est, sicut ciet in cit, & cient in ciunt. balineum in balneum, aqua calda in calidã, & alia id genus non pauca. Cap.XI. Bubonis quidem oculorum cinerem.) Nõ male antiqua lectio, Bubonis certe oculorum. Si luna, rasis barbis eorum.) Vetus lectio, radijs barbisq; eorũ. Quoniã eius erit copia spei de tecto.) Argutius est: quoniam miseria spei delectat: suffragantibus uetustis exẽplaribus. Cap.XIII Cinis cochlearũ terrenarum: sed & ipsæ extractæ testis.) In emendatis exẽplaribus non est mentio cineris. tantũ est, Cochlearũ terrena: sed & ipsæ extractæ testis. Sicut paulopost, Eadẽ ratione & terrena cochlearum prosunt: totæq; exemptæ tusæ & impositæ, recentia uulnera sistunt. Quanq; & hic posterior locus in uulgatis editionibus deprauate legitur, nimirũ eiusdẽ opera, cuius & superior. Fimo quoq; ipso ouium sub testa calefacto.) Sub testo, non sub testa. Est aũt testum uas testaceũ sub quo placẽtę coquuntur. Vtitur hac uoce Cato q̃q; cap.lxxvi. Adeo ad neruos quoq; abscissos illitis solidari infra septimum diem Democritus persuaserit: itaq; in melle seruandos censet.) Antiqua scriptura: adeo ut neruos quoq; abscisos illitis solidari infra septimum diẽ persuasum sit: itaq; in melle seruãdos censent. Bubonis cerebro cum adipe anserino mire uulnera dicuntur glutinari, quæ uocãtur cacoethe. Cinis etiã feminum arietis cum lacte muliebri diligenter prius elutus linteolis sanat. Vlula quoq; auis cocta in oleo, cui liquato miscetur butyrum ouillum & mel, ad ulcera sananda ualet.) Operæpretiũ est & hic conferendi causa ueterem adscribere lectionẽ. Bubonis cerebrum cũ adipe anserino mire uulnera dicitur glutinare: quæ uero uocantur cacoethe, cinis feminũ arietis cum lacte muliebri, diligẽter prius elutis linteolis: ulula auis cocta in oleo, cui liquato miscetur butyrum ouillũ & mel. Vides lector totam hanc orationẽ pendere ab illis uerbis, dicitur glutinare: nihilq; opus esse tam multis adiectis, ut iã mutata ac perperam distincta taceam. Cap.XIIII. Muliebribus malis membranę à partu ouium proficiunt.) Lego, In muliebribus malis. Alio modo africanæ binæ cum fœnogræco qd̃ tribus digitis capiatur, addatis melle cochlearibus quatuor. Illinuntur aluo, prius irino succo perunctæ

unctæ.)Lege addendo,distinctione quoq; mutata,hoc modo: Alio modo africanæ binæ tritæ cũ fœnigræci quod tribus digitis capiat,additis mellis cochlearibus quatuor,illinũtur &c. Miscentur lomento æquis portionibus.)Vetus,æquis partibus. Putãt & ter circũdatas ouo perdicis, nõ inclinari.)Circũductas,non circũdatas. Cap.XV Infantibus qui lacte concreto uexantur,præsidium est anguinũ coagulum.)Quis unq; uidit anguinum coagulum? Scribo:præsidio est agninum coagulum. Cogunt cõcipere inuitas setæ ex cauda mulæ,si iunctis inter se colligẽtur in coitu.)Antiqua lectio:si iunctis euellantur,inter se colligatæ in coitu. Byturos uocari, qui uites in Campania rodant.)Scribo,erodant.

EX LIBRO TRIGESIMOPRIMO. Cap. I

QVæ causa fulmina edidit.)elidit,non edidit. Cap.II. Alibi frigidæ, alibi calidæ, alibi inunctæ.) Lege,alibi iunctæ.i.una cum calidis frigidę eodem in loco. Sestias in Narbonenti prouincia.)Melius,Sextias. Ibi cõpositis uoluminibus eisdem nominibus.) Scribo:uoluminibus eiusdẽ nominis. Lacus Amphion uitiligines tollit.)Imò Alphion: nam ab hoc effectu etiam nomen inuenit.uitiligo enim ἀλφὸς grecis dicitur. Tungri ciuitas Galliæ fontem habet insignem,plurimis bullis stillantẽ.)Rectius,bullis stellantẽ:quod in emendatis exẽplaribus legitur.

Eudicus in Hestiæa Euthice.)Scribendũ,in Hestiçotide. At in Lusis Arcadię quodam fonte mures terrestres bibere & cõuersari.)Viuere,non bibere. Mirum quoq; & quod cum piscibus transit.)Vetus lectio:mirũq; q̃ cum piscibus transit.Leue hoc uideri poterat,nisi hæc ipsa menda nõ uno loco occurreret. Non procul ab Euripidis poetæ sepulchro.)ab redundat.Sic enim Plinius loqui solet:nõ procul sepulchro. Item calidæ aquæ in Eubœa.In Lebedo nanq; alluit riuus, in quo saxa in altitudinẽ crescunt.)Antiqui codices,Item calidæ aquæ in Eubœæ Delio:nam quæ alluit riuus saxa in altitudinẽ crescunt. Cap.III. Cursu enim procursuq; ipso extenuari atq; proficere.)Legendũ,Cursu enim percussuq; ipso. Et ut sæpe ad uicina lactis accedens.) Scribo, ad uiciniam lactis. Quędam aquæ uere statim incipiente frigidiores sunt,quarũ non in alto origo est,hybernis enim constat imbribus:quædam canis ortu,sicut in Macedonia apparet. Vtrũq; ante oppidum Pellam:Incipiente enim æstate frigida est palustris,dein maximo æstu in excelsioribus oppidi riget.)Malui ueteres codices sequi,in quibus sic legitur:quædã canis ortu,sicut in Macedoniæ Pella utrũq;.Ante oppidum enim incipiente æstate frigida est palustris,&c. Cap.V

Illa mutatio mirabilis nulla euidente causa apparet.)Vera lectio:Illa mutatio mira,ubi nulla euidens causa apparet. Cap.VI. Cum alioqui lauari calida frequẽter indicarit.) Induceret, non indicarit. Idem ad corpora siccanda.Qua de causa & frigidi mari utuntur.Præterea est alius usus simplex.)Scribo iuxta fidem emendatorũ codicum,Item corpora siccant,qua de causa & frigido mari utuntur.Præterea est alius usus multiplex. Difficilius perfrigescũt marina calefacta.) calefacti,non calefacta.Ibidem pro mammas rigentes,uetusti codices habent mãmas sororiantes: nec dubito quin rectius,quandoquidem hoc uocabulo præter alios etiam Politianus utitur.

Cap.VII Et in Cappadociæ puteis ac fonte quem in salinas egerunt.)Congruentior erit lectio si legas,Et in Cappadocia è puteis ac fonte aquã in salinas ingerunt. Quicunq; ligno consicitur sal,niger est.)Vetus lectio,Quicunq; ligno consit sal. At è stagnis Tarentinus, ac è riguis Phrygius.)In uetustis exemplaribus tantũ est,At è stagnis Tarentinus ac Phrygius. Salinarum sinceritas summã fecit suam differentiã.Quędam enim fauilla salis,quæ leuissima ex eo est & candidissima,flos salis appellatur.Et flos quidem salis in totum diuersa res.)Verbosior hæc lectio est, at uetus multo elegantior simul & uerior.Salinarũ sinceritas summã fecit suam differentiam quadam fauilla salis,quæ leuissima ex eo est & cãdidissima:appellatur flos salis, in totum diuersa res.

Cap.VIII. Nũc è scombro pisce laudatissimum in finibus Carthaginis spartariæ & cetarijs. sociorũ appellatur)Antiqui codices melius:laudatissimũ in Carthaginis spartarię cetarijs,sociorũ id appellatur. Laudatur & Clazomene garo.)Illic legitur,Laudantur & Clazomenæ.ac mox: sicut muria Antipolis ac Thurij,iã uero & Dalmatia.Quod prius non recte legebatur Antipolis ac Thuria.Iam uero in Dalmatia Cap.IX. Defuncta autem ac putrescentia ita uendicans, ut durent ea per secula.)Sincera lectio:defuncta etiam à putrescendo uendicans,ut durent ita per secula. Ad hoc maxime probatur Tragasęus aut Caunites.)In uetustis codicibus pro Tragasęo Tattæus legitur.Is in Phrygia conficiebatur. Cap.X. Podagricis in balneis ungi solia nitro prodest.)Vetus lectio,Podagricis in balineis uti solio nitri prodest. Cap.XI. Item abstergendæ lippitudini utilissimi.Eam quæ tenuissima est, mollissimam quoq; esse oportet. Rectius Iidem abstergendæ lippitudini utilissimi,eosq; tenuissimos & mollissimos esse oportet. Imponuntur & integris partibus,& fluxione occulta laborantibus,quæ discutiẽda sunt.) Vetus lectio, sed fluctuatione occulta laborãtibus,quæ discutienda sit. Sed spleneticis è posca ,ignibus sacris ex aceto. Efficaciores quando aliud imponi oportet,sic ut sanas quoq; partes spatiose operiant.) Lege & distingue:S.f.è p.i.f.ex aceto,efficacius quam aliud.Imponi oportet sic,&c.

EX LIBRO TRIGESIMO SECVNDO. Cap. I

VItulos marinos ternas heminas capere.) Absurda hercle lectio.Legi debet, mitulos ternas heminas capere.Id cõchæ genus est. Cap.II. Nouacula & ferrũ quę pisce tacta fuerit,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171286-p0757-1 DFG

olent.)Codices antiqui,Nouacula piſce quæ tacta ſunt,ferrũ olent. Item in Labra Gnidij Iouis fonte.)Legendum,Item in Labradij Iouis fonte. Nam in Lyciæ Limyra fonte Apollinis,quem Dinum appellant.)Diſſentiunt ab hac lectione uetera exemplaria,quæ ſic habent. Nam in Lyciæ Myris,fonte Apollinis quem Curiũ appellant.Et Curius Apollinis eſt cognomen, nõ fontis nomen. Cap.IIII. Vrinã earum aliter quàm in ueſica diſſectarũ,inueniri poſſe nõ arbitror, & intra eam eſſe.Hæc quoq; portentoſa à magis demonſtratur,aduerſus aſpidum ictus ſingulare remedium.Efficacior eſt tamen ut aiunt cimicibus admixtis.)Emendati codices: & inter ea hoc quoq; eſſe,quæ portentoſa magi demõſtrent,aduerſus aſpidum ictus ſingulare,efficaciore tamen ut aiunt cimicibus admixtis. Cap.V. Sæpius uero quantũ ueneficiũ præſtaret mẽſtruis mulierum.)Præſtaret redundat. Adinueniri obiecta rana formicis.)Lege,Id inueniri. Cinis eorum ſeruatus prodeſt pauori.Prodeſt periclitantibus ex canis rabioſi morſibus.)Germana lectio, C.e.ſ.prodeſt pauore potus periclitantibus ex c.r.m. Cap.VII. Huius corporis humorem penicillis deraſum claritatem oculis inunctis narrant afferre.)Scribo iuxta fidẽ ueterum codicũ, ſpecillis deraſum.Eſt autem ſpecillum inſtrumentũ inungẽdis oculis aptum:quemadmodum legimus lib.7.cap.53,C.Iulius medicus dum inungit,ſpecillum per oculum trahens. In calice nouo lenta pruna decoquere,deinde ſpuma pennis deterſa.)Subinde,non deinde. Cap.IX. Piſciculi minuti ex uentre eius quos deuorauerit exempti.)Lego,Qui deuorauerit. Morbos abigit ius mitulorũ.)Hoc ius præcellit iuri Cæſareo pariter ac Pontificio,ſi uerũ eſt quod hic legitur. Sed extra iocum,pro morbos abigit,legi debet,Corpus auget. Cap.X. Secari harundine: ferro enim intingi,uitiumq; trahere natura deſerẽte.)Ferro enim infici,legendũ: & deſinente pro deſerente,atteſtantibus uetuſtis codicib. Ita pueros pubeſcere negauit mango ſalpe obſtetrix.) Vera lectio,Ita pueros mangonizauit Salpe obſtetrix. Iecur ranæ dryophytes & calamitæ.)Incorruptiores codices:Iecur ranę diopetis uel calamitæ. Vidi equidem certis locis tantum numerũ ranunculorũ,ut cum imbre delapſæ,uel certe ex imbre proueniſſe uideri poſſent. hos opinor hic diopetes uocari,quod Græci διοπετὲς nominent quicq; d eſt ex aere delapſum,quaſi à Ioue demiſſum.Legitur hoc uocabulum & ſupra. Pulmone marino ſi confricetur lignum, ardere uidetur, adeo ut faculam ita præluceat.)Malo quod in uetuſtis eſt codicibus, adeo ut baculum ita præluceat.baculum autem neutro genere dixit. quemadmodum Græci βάκτρον.

EX LIBRO TRIGESIMOTERTIO. Cap. I

ET in ſede manium opes quærimus,tanq; parum benigna fertilique qua ſecetur.) Pro qua ſecetur,melius leges quaqua calcatur,ut eſt in probatæ fidei uoluminibus. Cui enim fodiendi cauſa medicina eſt?)Noſtra exẽplaria elegantius,Quoto enim cuiq; fodiendi cauſa medicina eſt?

Quàm innocens,quàm beata,imo uero & delicata eſſet uita,ſi nihil aliud de ea,niſi quod ſupra terras concupiſceret,haberetq; non niſi quod ſecum eſt?)Vetus lectio nõnihil uariat:ea ex uetuſtis exemplaribus totidẽ uerbis adſcribetur.Q.i.q.b.i.u.& d.e.u.ſi nihil aliud q; ſupra terras concupiſceret,breuiterq; niſi quod ſecum eſt? Parum enim erat naturæ unã inueniſſe uitæ peſtem, niſi in pretio etiam eſſet ſanies auri.) Illic legitur: Parum enim erat unam uitæ inueniſſe peſtem, niſi in pretio eſſet auri etiam ſanies Cap.I. Manus & prorſus ſiniſtræ maximam autoritatem conciliauere auro,non quidem Romani,quorũ more ferendum erat bellicæ uirtutis inſigne.) Quanto melius noſtri codices:nõ quidem Romanæ,quorũ more ferreũ erat id & bellicę uirtutis inſigne. Nec præter Numæ Seruijq; Tullij alia,nec L.quidem Bruti.)Lege,ac ne L. quidem B.

Quanq; & de nomine ipſo ambigitur, id Græci à digitis appellauere.) Potior lectio,Quãq; & & de nomine ipſo ambigi uideo.Greci à digitis appellauere. Aequa fortuna triũphantis & ſerui coronã ſuſtinentis.)Antiqua ſcriptura magis arridet: æque triumphantis & ſerui fortaſſe coronã ſuſtinentis. Et conditas artes ueſtes ac uaſa aurea.)Alius pro artes ſcripſit arte,atq; ita locũ belle caſtigatũ putauit,cum legi debeat,& conditas arcis ueſtes. Inter Cepionẽ quoq; & Druſum ex anulo in auctione nauali inimicitię cœpere.) Venali,non nauali. Multi prætura functi in ferreo conſenuerint.)Lege addendo:multi prætura quoq; functi L.Fuſidium illum, quem Scaurus in uita ſua ſcribit.)Antiqui codices, ad quem Scaurus de uita ſua ſcripſit. Nullosq; omnino anulos maior pars gentium hominumq;,etiam qui ſub imperio noſtro degunt,hodie habent.)Lego,hodieq; habet. Alij uero & huic unum tantũ,quo ſignãda ſignent. Conditurq; ille ut res rara,& ad iniuriæ uſus indigna,uelut è ſacrario promitur.)Prætulerim & hic ueterem lectionẽ. A.u.& h.u.t. quo ſignãtem ſignent. Conditus ille ut res rara,& iniuria uſus indigna,uelut è ſacrario promitur. Porrò,quo ſignãtem ſignent,ſic dictũ eſt,quemadmodum illud apud Satyricũ:ſed quis cuſtodiat ipſos cuſtodes. Alij bracteas inferunt leuiore materia,& propter caſum gemmmarũ tot ſollicitudinẽ putãt.)Quis hęc uerba obſecro pro Plinianis agnoſcat,cui modo Plinius uel mediocriter cognitus ſit? Imò quis non ſtatim ineptam orationẽ & uitioſam eſſe ſentiat? In noſtris exemplaribus legitur ſic.Alij bracteas infarcire leuiore materia,tutius propter caſum gẽmarũ ſollicitudini putant. Demumq; uel plurimũ opum,ita ſcelera anulis fiunt.)Bene exercuit caſtigatorẽ & hoc caput,ut uideo,q; uis non bonam gratiã meritum.germana lectio eſt, Deniq; ut plurimum opum ſcelera anulis fiũt. Hoc profecere mancipiorũ legiones,& in domo turba externa acta. Seruorũ

quoq;

quoq; causa nomenclator adhibendus. Sed aliter apud antiquos. Singuli Marcipores &c.) Quid est in domo turba externa acta? Sincera lectio, & in domo turba externa, ac seruorũ quoq; causa nomenclator adhibendus. Aliter apud antiquos, singuli &c. Nunc rapiendæ cõparantur epulę, pariterq; qui rapiant eas. Sed & claues quoq; ipsas signare non est satis.) Elegantius absq; coniunctione sed. Nunc r.c.e.p.q.q.r. eas: &c.i.s.n.e.s. Et hoc est quod supra dixit: quo signantem signent.

Celebratiorem quidem usum cum fœnore cœpisse, argumento est consuetudo uulgi, ad sponsiones etiamnum anulo exiliente, ab eo tẽpore quo nõdum erat arra uelocior.) Nec hic uideo cur mutare libuerit ueterẽ lectionem: ea sic habet. Celebratior quidẽ usus cum fœnore cœpisse debet: argumẽto est c.u.ad s.e.a.exiliente, tracta ab &c. Eadem loquendi forma lib.9.cap.41. dixit, Pœnitentia hoc primũ debet inuenisse. Seruatumq; in hodiernum diẽ est.) Diem elegantius subintelligitur quàm exprimitur. Cap.II. Propter hoc etiãnum Nongenti uocabãt ex nominibus selecti, ad custodiẽda suffragiorum scita in comitijs.) Plebiscita passim legimus apud bonos latinę linguæ autores, at suffragiorum scita equidẽ nusquã legere memini. præstiterit igitur & hic ueterum codicum fidẽ sequi, toties iam expertã. Præter hos etiamnum Nongenti uocabãtur ex omnibus selecti ad custodiendas suffragiorũ cistas in comitijs. Cum C. Sulpitius Galba iuuenalem famam apud principẽ popinarum pœnis aucuparetur, occupatusq; in his esset, questus in senatu, uulgo institores eius culpæ defendi anulis.) O bellum castigatorẽ. at quid erit corrumpere ueterũ monumenta, si hoc castigare dicitur. An illi parum integra uidebãt hæc uetus lectio? Cum C. Sulpicius Galba, dum iuuenalem famam apud principem popinarũ pœnis aucupatur, questus esset in senatu &c. Quod ad equestrem ordinem pertinet.) Rectius, attinet. Cap.III. Antonius Sopus in contumeliã naturæ uilitatẽ auro fecit, opus proscriptione dignũ.) Sopus redundat. nam de triũuiro intelligendũ est, ad cuius tabulas proscriptorias alluditur. Cap.IIII. Tum maxime Augustum de cruore eius cœnare.) Aliæ æditiones, de cruce eius. Vtraq; dictio uitiosa. Legendũ, de crure eius. Vt intelligamus huic in direptione fractæ statuæ crus obtigisse, cuius partem in hospitalem cœnã insumpserit. Cap.V. Hæc sunt tenacia eius in colore blanda.) Melius, & colori blanda. Cap.VI. Lineas ex argento nigras fieri producique miramur.) Vetus lectio: Lineas ex argento nigras produci plerique mirantur. Namq; ideo etiã platyophthalmon id appellauere, quoniam in collyrijs mulierumq; epiphoris dilatet oculos, & fluxiones inhibeat oculorum.) Tutius & hic uetusta exemplaria sequemur, quæ sic habent. Nanq; ideo etiam plerique platyophthalmon id appellauere, quoniam in calliblepharis mulierũ dilatet oculos. Et fluxiones inhibet oculorũ &c. Porrò calliblephari appellatione fucus palpebrarũ intelligitur. Quæq; subsidit in mortario abigiturq;.) Lege, abijciturq;. Alij tritum in aqua triplici linteo siccant, fecemq; abijciunt.) Saccant, nõ siccant. Confractis tubulis ad magnitudinem auellanarũ.) anulorum melius quadrat quàm auellanarũ: atq; ita legitur in emendatis exemplaribus. Temperare, purgare, explere, ulcerũ tumores lenire.) Scribo ex fide ueterum codicũ: temperare, purgare, explere ulcera, tumores lenire. Itemq; perniones cum myrto & cera & abdomine.) In exemplaribus quorũ fidem sequimur, tantũ est cum myrtis & cera, abdominis nulla mentione. Cap.VII. Minium quoq;, & nunc inter pigmenta magnæ autoritatis, & quondã apud Romanos nõ solum maximę, sed etiam sacræ religionis, ut autor est Verrius, & cuius sit necesse credere autoritati. Iouis ipsius simulachri faciem diebus festis minio illini solitã.) Codices nostri longe melius distinguũt, ubi sic legitur: & quondam apud Romanos non solum maximæ sed etiam sacræ. Enumerat autores Verrius, quibus credere sit necesse, Iouis ipsius simulachri &c. Cap.VIII. Dum ne quid præteat in uiscera, ac uulnus attingat.) Lego, dum ne quid penetret. Cap.IX. Quinetiam pocula ita figurantur, excultis intus crebris ceu speculis.) Alius excultis mutauit in exculptis, atq; ita rem acu se attigisse putauit, cum legendũ esse expulsis, uetusta exẽplaria nobis indicent. Optima apud maiores fiebant brundisina,) Fuerant, nõ fiebant: atq; ita legit̃ in emẽdatioribus uoluminib.

Conflatur in fictili circũlito argilla.) Lege addendo, Conflantur ita in fictili. Et falsum denarij spectatur exẽplar.) Falsi rectius q̃ falsum. Cap.X. Eum qui primus acceperit hoc nomen, decoxisse.) Cognomen, non nomen. M. Crassus negabat diuitem esse, nisi qui reditu annuo legionẽ tueri posset.) Nec hic uideo cur diuitem nescio quis maluerit q̃ locupletẽ, quãtumuis reclamantibus probatæ fidei exemplaribus. Iuuat enim insectari inexplebilem istã habendi cupiditatem.) Nihilominus elegans est, habendi cupidinẽ, quod in nostris legitur exẽplaribus. C. Asinio Gallo, C. Marcio Cyrino COSS.) Censorino, nõ Cyrino. Cap.XI. Nec copia tantũ argenti fuerat uitæ, sed ualidius pœnę metu pretium.) Antiqua scriptura melius, sed ualidius pene manus pretiũ. Alioqui ex uulgata lectione quis sensus cõmodus elici possit, equidẽ non intelligo. Parthica signa & tabulas pictas inuexit.) Demiror quid sibi uelint hic parthica signa per Achaicã uictoriã Romam inuecta, nisi forte castigator iste Achaiã, ex qua hęc spolia erãt, Parthorum prouinciam fuisse existimauit. Certe manu descripti codices pro parthica habẽt parta, s. uictoria. quam lectionẽ si recipimus, nihil supererit scrupuli. Vt liberet amplecti uitia, & liceret peccare ex dignatione. Hinc aliqui ueterum, ut C. Marius.) Lege & distingue sic. ut liberet amplecti uitia & liceret peccare, & dignatione hinc alicui ueterum. C. Marius &c. atq; ita legitur in emendatis codicibus.

Cap.

Cap. XII Vidimus & ipsi Valerium Fuscũ.) Arellium, nõ Valerium, suffragãtibus uetustis uoluminibus. Hunc Seneca inter claros sui temporis oratores annumerat. Boethi apud Lyndiã Mineruã in templo.) In templo superfluit. Myos in eadem æde & Silenus & Cupido & uenatio in scyphis. Magna fama post hos celebratus est Antipater.) Exẽplaria incorruptiora aliter hic habent ad hunc modum. Myos in eadem ęde & Silenus & Cupido. Acragantis et uenatio in scyphis magnã famam habuit. Post hos celebratus est Calamis, & Antipater, quiq; &c. Nec dubito quin & hæc data opera deprauata sint. Mox Cyzicenus Tauricus. Itẽ Aristõ & Onychus Mitylene laudatur.) Legendum, Mox Cyzicenus Tauriscus, item Aristõ & Eunicus Mitylenęi laudantur. Cap. XIII. Non obliti Demetrium tota Hellade Neronis principatu accusatũ.) Sincera lectio. Demetriũ à tota seplasia Neronis principatu accusatum: attestãtibus bonæ fidei exemplaribus. Cæterum Seplasiæ nomine pigmentorum atq; aromaticarum specierum negociatores significantur, origine uocabuli à Cãpanis deducta, quorum uicus erat Seplasia, huiuscemodi mercibus attributus

EX LIBRO TRIGESIMOQVARTO. Cap. I

IMò uero ante argentum ac penè etiã ante aurum, Corinthium.) Lege, Corinthio. i. pretium est. Docuimus quandiu P. R. ære signato tantum usus esset.) Scribo, ære tantũ signato Cap. II Quippe cũ tradatur non alia de causa Verrẽ, quem Cicero dãnauerat, proscriptũ esse ab Antonio, quàm q̃ Corinthijs se ei cessurũ negauisset.) Vetus lectio: proscriptũ cũ eo ab Antonio: hoc est, cum Cicerone. Cũ antea in seculo fictores nobiles esse desiissent.) Rectius. cũ ante seculo. i. ante centum annos. Insula ipsa est, nec gignẽs, sed officinarũ temperatura nobilitata) Vetus lectio melius quadrat, Insula & ipsa, nec æs gignens, sed officinarum temperatura nobilitata Cap. III. Accensio cãdelabri talis fuit, ut autor est Dion. Iussu præconis Clesippus fullo gibbere & præterea alio fœdus aspectu fabricatus est, emente id Gegania sestertijs L. eodẽq; ostentante in conuiuio emptum, ludibrij causa nudatus, atq; impudentia libidinis receptus in thorũ, mox in testamentum, prædiues numinũ uice illud cãdelabrum coluit.) Quis intelliget hæc? Nunc uide quantũ prestent uetera exẽplaria, in quibus ad hunc modũ legit. Accessio candelabri talis fuit Theonis iussu præconis Clesippus fullo, gibbere pręterea & alio fœdus aspectu, emente id Gegania sestertijs L. eademq; ostentante conuiuio emptũ ludibrij causa nudatus, atq; impotentia libidinis receptus in thorum, m.i.t.p.n.u.i.c.c. Quid nunc dici potuit planius? Camillo eũ crimini obiecit Sp. Caruilius.) Legendũ, Camillo inter crimina obiecit Sp. Caruilius. Cap. IIII. Et iam oim municipiorum & fori statuæ ornamentum esse cœpere, prorogariq; memoria hoim, & honores legi æuo & basibus inscribi.) Aliquanto melior est antiqua lectio: & iã omnium municipiorum foris st. o.e.c. p.q̃.m.h. & honores legendi æuo basibus inscribi. Cap. V Togatæ effigies antiquitus statuæ dicabantur.) Codices ueteres uerbis uariant, si non sensu. Togatæ effigies antiquitus ita dicabantur. Et sequẽti uersu pro, ab epheborum gymnicis exẽplaribus, illic legitur, ab epheborum è gymnasijs exemplaribus. Mancinus eodem habitu sibi instituit, quo deditus est.) statuit, non instituit. Vnde & nostri currus nati in his qui triumphauissent.) In uetustis codicibus tantum est, Vnde & nostris currus in his qui triumphauissent. Nescio an primo honor talis à populo.) Rectius, nescio an primo honore tali à populo. Equidem & Sibyllæ tres iuxta rostra sunt, minores sint licet. una quam Pacuuius Taurus ædilis plebis instituit, duæ quas M. Messala.) Magis placet uetus scriptura. Equidem & Sibyllæ iuxta rostra esse non miror, tres sint licet. una quam Sex. Pacuuius Taurus &c. Cap. VI. Et ante ædem Castorum fuit M. Tremelij.) Lego, Q. Marcij Tremuli. Qui regẽ Antiochum, dilaturum se responsum dicentem.) Nostri codices, Hic regẽ Antiochum, daturum se responsum dicentẽ, &c. Habuit è diuerso Annius fœcialis. Equestrem statuam contra Iouis Statoris ædem in uestibulo superiore domus Valeriæ fuisse Publicolæ consulis filiæ, eamq; solam fugisse, Tiberimq; transnatauisse.) Sincera lectio ex antiquis exẽplaribus reposita est hæc. E diuerso Annius Fœcialis, equestrem quæ fuerit contra Iouis Statoris ędem in in uestibulo Superbi domus, Valeriæ fuisse Publicolæ consulis filiæ: eamq; solam refugisse, Tiberimq; trãsnauisse. Passimq; statuæ in clientelas sunt receptæ.) Deprauatã lectionẽ hoc modo ex fide archetyporũ restituimus, Passimq; clientes in clientelas ita sunt recepti. Cap. VII. Deorum tantũ putarẽ esse, ni Metrodorus Scepsius, cui cognomen Romani nominis odio inditũ est, Vulsinios pulsatos propter centũ & decẽ statuarum signa obijceret.) Emendati codices: Deorum tantum putarem ea fuisse, ni Metrodorus Scepsius, cui cognomen à Ro. nominis odio inditũ est, propter duo milia statuarũ Volsinios expugnatos obijceret. Signorũ quoq; inexplicabili multitudine, cum Lysippus ad sexcẽta x opera fecisse tradatur, ante omnia, ut arti claritatem possent dare uel singula.) Illic legitur, singulorũ quoq; inexplicabili multitudine, cũ Lysippus ad sexcenta x opera fecisse prodatur, tantę omnia artis, ut claritatẽ possent dare uel singula. Solitũ enim ex immani pretio cuiusq; signi.) Lege, ex manus pretio. quod nũc uulgus illiteratũ manufacturæ pretiũ uocat. Cap. VIII Cephisiodotus, Leochares, Epatodorus.) Scribo, Cephisodotus, Leochares, Hypatodorus. & paulopost pro Tymoles Timocles, attestãtibus uetustis exẽplaribus. Propriũ eiusdem, ut uno crure insisterent signa excogitasse, ut ait Varro.) Plus uerborũ habent uetusta exemplaria. P.e.u.u.c.i.f. excogitasse: quadrata tamen ea esse tradit Varro, & penè ad unũ exemplum. Quamobrem Athenienses eam honore habere uolẽtes, ne tamen scortũ celebrasse

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171286-p0760-6 DFG

uiderentur,animal nominis eius fecere.)Antiqua lectio melior.Quam ob rem Athenienses & honorem ei habere uolentes,nec tamen scortum celebrasse,animal nominis eius fecere. Canachus Apollinē nudum,qui Philesius cognominatur in Didymæo Aeginetici eris tēperatū.)Lege,ægi netica æris temperatura. Et uirtutem egregiā,utrasq; colosseas.)Scribo, Et uirtutē & Græciā, utrasq; colosseas.Alioqui non est quod referat hæc dictio utrasq;. Eutychides Eurotam fecit, in quo artem ipsam amne liquidiorem plurimi dixere.)Nostra exemplaria:Eutychides Eurotā,in quo artem ipso amne liquidiorem plurimi dixere. Leocras aquilā sentientem quid rapiat in Ganymede & quid ferat.)Lego,& cui ferat. Boethi quanq; argento melior.) Melioris rectius q; melior. Habet quoq; huius gratiam doryphorus.)Elegantius.Habet gratiā suam huius quoq; doryphorus. Vnā solummodo Zenonis Cypriam statuam in expeditione nō uendidit Cato.) Scribendum, Vnam solummodo Zenonis statuam Cypria in expeditione non uendidit Cato.

Cap.XIIII. Aristonidas artifex cum exprimere uellet Athamantis furorem,Clearchum filium præcipitare uolentis,& præcipitato illo residentis pœnitentiā,ferrum & æs miscuit.)Incorrupta manuscriptorū codicū lectio hæc est.Aristonidas artifex cum exprimere uellet Athamātis furorem,Learcho filio præcipitato residentem,pœnitentiamq;,ferrum & æs miscuit.

EX LIBRO TRIGESIMO QVINTO Cap. II

QVæ etiam dominis mutatis domus ornamenta erant.)Argutius est quod in uetustis simul ac emendatis codicibus legitur hoc modo:triūphabantq; etiā dominis mutatis ipsę domus.

Cap.III. Omnes ab umbra hominis lineis circūducta.)Ab præpositio redundat. Primus inuenit eos colores,teste(ut ferunt)Arato,Cleophātus Corinthius.) Quos nam colores,cū modo dixerit,,sine ullo etiānum colore.Deinde quoties ita loquimur,ut ferunt,rumori nos credere significamus,non certo alicuius testimonio:quid igitur hic facit Aratus:qui tamen nō est in enumeratione scriptorū quos in hoc libro Plinius sequitur.Quo fit ut facile hic uetustis codicibus assentiar ubi sic legitur.Primus inuenit eas colorare testa,ut ferunt,trita Cleophātus Corinthius. Nimirū simplicissimus color conueniebat rudimētis artis,quandoquidē absolutissimi etiā artifices,Apelles & eius ætatis alij,non nisi quatuor coloribus pinxisse legātur. Durauere & cæteræ,antiquiores & ipsæ.)Satis apparet hanc dictionem cæteræ hic locum non habere.Antiqui codices habēt, Durauere & Cære.Ea urbs est Hetruriæ,olim Agilla à Pelasgis cultoribus uocitata. Nisi forte quis Turpilium equitem Ro.è Venetia nostræ ætatis belle referat.) Velit referre melius q; belle referat,suffragantibus antiquis exēplaribus. Paulo ante cum restingerentur sublatas.)Lege,cū reficerentut.s.thermæ. Cap.IX. Fecit & Penelopen,in qua amores pinxisse uidetur.) Vetus lectio est,in qua pinxisse mores uidetur. Cap.X. Ipsius autoritas tanta fuit,ut diuiserit picturā in genera tria,quæ ante eum duo fuere,Helladicū & Asiaticū. Asiaticū appellabāt propter hunc qui erat Sicyonius.Dimisso Helladico tria facta sunt,Ionicū,Sicyonium, Atticū.) Vitiatam lectionē castigauimus ex fide ueterū codicum in hunc modū:quæ ante eum duo fuere,Helladicū, & quod Asiaticū appellabāt.Propter hunc qui erat Sicyonius,diuiso Helladico tria facta sunt.Ionia Græcorum fuit colonia in Asiā deducta:Athenæ autē caput erant uerę Helladis,in qua est & Sicyon,altera post Athenas picturæ patria.unde mox generibus ipsis cognomina sunt facta,Atticum,Sicyonium,& Ionicum olim Asiaticum appellatū. Vt pueri ingenui ante omnia graphicē hoc est picturam,in buxo docerentur)Secutus archetypa nostra lego & distinguo:diagraphicen, hoc est picturā in buxo,docerentur.ut ea uoce rudimenta picturæ intelligamus.neq; enim omnes pueri in absolutos artifices euadebant.est aūt διαγραφή,unde diagraphice deducitur,tabella buxea in qua pueri scibere uel pingere meditabātur,subinde errata emendantes, quod Græci διαγράφειν uocant. & diagrammata proprie dicuntur descriptiones mathematicæ,deformationes ue architectonicæ.cæterum buxus ad id potissimum electa est propter materiæ leuorem simul & dēsitatem, quod minime colores biberet,nec lineas fluidas redderet. Voluminibus editis,quę doctrinā eā cōtinent.)Lege addendo,uoluminibus etiā editis. Vnde ut iā diximus ab alio pingi se uetuit inueterato edicto.)Melius aliquāto cohærebit oratio,si iuxta ueterē scripturā legamus hoc modo: nam ut diximus,ab alio pingi se uetuit edicto.porrò hęc dictio inueterato,haud dubie nata est ex uerbi uetuit literis aliquot ab oscitāte scriba repetitis,ac mox à castigatore q; piā quò ei tum uisum est detortis. Imaginum ille similitudines adeo indiscrete pinxit.)Rectius,imagines adeo similitudinis indiscretæ pinxit. Sed legentes meminerint,omnia ea cōstare quatuor coloribus. Immane tabulæ pretium accepit aureos mensura, non numero) Cui hic suboleret mendum? Est tamen nō simplex.Nam uetus ac sincera lectio habet sic:Sed legentes meminerint,omnia ea quatuor coloribus facta : manus pretium eius tabulæ in auro mensura accepit non numero. Vt intelligamus,in opere artē fuisse pretiosam non colores. Est & equus eius sine fine dictus in certamine.) Aptius quadrabit ad sequētia, si legas.Est & equus eius siue fuit,pictus in certamine. Vicisse Homeri uersus uidetur idipsum scribētis.) Melius, describētis. Vt idipsum repercussu claritates oculorū excitaret.)Colorum,nō oculorū. Ex illaq; reposuit ablatos colores.)Vetus lectio melius: illa reposuit a.c. Impetus animi & libido in hæc quædā artis eū potius tulere.)Melior ordo,Impetus animi & quædam artis libido in hæc potius eū tulere. Tradunt nāq; conductum eum ab

Aristrato

Aristrato Sicyoniorũ tyranno ad pingendum quod is faciebat Telesti poetę monumentũ.)Vera lectio, Tradunt nanq; conduxisse pingendum ab Aristrato Sicyoniorũ tyranno quod is faciebat Telesti poetæ monumentum.Aristratus locauit pingendũ,Nicomachus cõduxit. Plurimę præterea faciles argutiæ.)Legendum:plurimæ præterea tales argutiæ. Quamobrem daturus celeritatis famam,absoluit uno die tabellam.)Lege addẽdo,Quamobrem arti daturus & celeritatis famam. Quæ nobilissima tabula appellata est stephanoplocos.)Scribo:quæ è nobilissimis eius tabula appellata est steph. Quoniã Glycera coronas uenditãdo sustinuerat paupertatem.) Vetus lectio:quoniam Glycera uenditando coronas sustentauerat paupertatem. Cap. XI. Hic primus uidetur & expressisse dignitates,insignia heroum,& usurpasse symmetriam.) In emendatis exemplaribus tantum est,Hic primus uidetur expressisse dignitates heroum,& usurpasse symmetriam. Nobilis eius est tabula Ephesi,Vlixes simulata uesania bouem cum equo iungens,& Palamedes dux fasce gladiũ condẽs.)Antiqua scriptura uerior:Nobiles eius tabulæ Ephesi,Vlixes simulata insania bouem cum equo iungens,& palliati cogitantes,dux gladium condens. Non satis discernitur alius eodem nomine.At hunc eundem quidam faciunt olympiade C XII.)Lege & distingue sic.Non satis discernit alium eodem nomine,an hunc eundem quidam faciũt ol. cxij.

Nealces Venerẽ,solers hic arte ingenioso operi superpinxit.Siquidem cum prælium &c.)Castigauimus ex manuscripto exemplari ad hunc modum. Nealces Venerem, ingeniosus & solers in arte.siquidem cum prelium nauale,& reliqua. Theontius Epicurum cogitantem.)Vetera exemplaria,Leontium Epicuri cogitantem.ut sit picturæ nomenclatura non pictoris, & tabula hæc Theodori operibus annumeretur.Fuit autẽ Leontium Epicuri concubina, philosopha & ipsa nimirum ex amatoris domestica consuetudine,in tantũ ut libros quoq; cõtra Aristotelem scripserit, quemadmodum legitur in præfatione ad Vespasianũ Imperatorẽ,à Plinio in operis huius frontispicio prefixa. Mydon solus.)Lego,Mydon Soleus.i.Solensis.Sunt enim σόλοι Ciliciæ oppidũ, & alterũ eiusdẽ nominis in Cypro.ac mox:Stadius nõ Tadius. Dianam in tabula,quæ Ephesi est in antiquissimis picturæ.)Melius,antiquissimæ picturæ. Discipulũ eius fuisse Antobolum.) Scribe,Autobulũ. Hoc cum fecere non apparet in uelis sed in cortina pingi. In feruentes aquas mersa post momentũ extrahuntur picta.)Incorruptiora exemplaria aliter distinguunt,mutata nõ nihil etiam lectione.Hnc cum fecere non apparet in uelis,sed in cortinã pigmenti feruentis mersa post momentum extrahuntur picta. Cap.XII. M.Varro tradit sibi cognitũ Romę Possumium nomine,à quo factas Romæ tubas. Itẽ pisces,quos aspectu discernere à ueris uix posses.) Crediderim nostros potius codices germanã habere lectionẽ hoc modo.M.Varro tradit sibi cognitũ Romæ Posim nomine,à quo factas Romæ uuas,item pisces,ita ut nõ sit aspectu discernere à ueris. Cuius proplasticen pluris uenire solitã ab artificibus ipsis,q̃ aliorum opera.) Illic legit: cuius proplasmata pluris uenire solita artific.i.q.a.o. Fictilem eam fuisse,& ideo mirari solere.) Vetus lectio: Fictilem eum fuisse, & ideo miniari solitum. Sed fictilibus prolibatur sympulis.) Antiqui codices pro sympulis habent simpuuijs,quod uocabulum & apud Satyricũ in eodem significatu reperit.Quis ausit Simpuuiũ ridere Numæ,priscumq; catinum. Vter tenuiorem humũ circumduceret.)Melius duceret,hoc quidem in loco,assentientibus uetustę scripturę uoluminib.

Exprobrauit patinarũ paludes Vitellio,memoria nõ ulla fœdiore,cuius ueneno Asprenati reo Cassius Seuerus accusator obijciebat interisse C X X X conuiuas.)Hæc lectio nullo modo consistit,cum neq; Asprenas neq; Cassius usq; ad Vitellij principatũ uixerit.Emẽdati codices aliter habent.Exprobrauit patinarũ paludes Vitellij memoriæ,q̃ illa fœdiores,cuius ueneno &c. Vitellij memoriæ dicit non Vitellio,quia tum iã supplicium dederat Vitellius. ut sit sensus fœdiorẽ fuisse in Vitellio principe tã immanem profusionem,q̃ in Asprenate priuato ueneficium. Cap.XV.

Fungosum atq; omnium ore dilui facile.)Legendum,omni humore dilui facile.

EX LIBRO TIGESIMOSEXTO. Cap. III

QVem M.Brutus in iurgijs ob id Venerem palatinã appellauerat.)Quem redundat. Ante igitur artifices censebimus.)Melius,percensebimus. Cap.V. Quod Hipponax indignatus,amaritudinẽ carminũ distrinxit eos in tantũ,ut credat aliquos ex ijs adlaqueũ cõpulisse.) Melius,amaritudinem carminũ distrinxit in tantum,ut credatur aliquibus adlaqueum eos compulisse.Quemadmodũ em̃ gladium distringimus petituri hostem,ita hic Hipponax metaphorice dicit amaritudinẽ carminis,quæ illi pro telo fuit,in inimicos distrinxisse. Cuius opera Athenienses complura in ædibus sacris posuere,præclarãq; Veneris imaginem extra muros, quæ appellat Aphrodite exopolis.)Et hic uetus lectio est incorruptior.Cuius sunt opera Athenis cõplura in ædibus sacris,præclaraq; Venus extra muros,quæ appellat Aphrodite ἐν κήπυις.Εν κήπυις legẽdum pro exopolis,Pausanias quoq; in Atticis attestat. Proferemus argumẽto paruo & ingenij tantum.)Argumenta parua,non argumẽto paruo. Scopę uero laus cum his certantis.Fecit Venerem.)Legendũ,Scopæ laus cum his certat.Is fecit Venerem. Et quencunq; alium locum nobilitant.)Scribo & quẽcunq; alium locum nobilitatura. neq; aliter legi cõmode potest. Romæ quidem magnitudo operũ est iam obliterata à magnis officiorũ negociorũq; aceruis,quæ omnes à contemplatione talium abducunt.)Aeque fœdum & hoc mendum sustulimus ex fide ueterum

codicum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-171286-p0762-8 DFG

codicum hoc pacto.Romę quidem magnitudo operum eam obliterat,ac magni officiorum negociorumq; acerui omnes à c.t.a.Sinceritas lectionis euidentius in contextu apparebit,collatis præcedentibus ac sequentibus. Ex quibus unus Liberum patrem palla uelatum Veneris præfert.) Vetusti codices pro Veneris habent humeris. Hippiades & Hermerotes Tauriſci.) Vetus lectio Hippiades Stephani,Hermerotes Tauriſci. Eodem loco Liber pater Eutychidis manu laudatur.)Manu supereſt,nec habetur in probatæ fidei exemplaribus. Ex quo apparet in magni honoris autoritate habitum Lysiæ opus.)Melius uetus scriptura.Ex honore apparet in magna autoritate h.l.o.& sic rectius quadrabunt quæ sequuntur. Quarum unam amauit eques Ro. Iunius Pisciculus.) Scribendum,adamauit. Alij calciarēt soccos,&omnes ex uno lapide.)Lego alij calcearent soccis,omnes ex uno lapide. Nec minus Sauronatq; Batrachum obliterari conuenit.) Vox hæc,minus,delenda est ut hoc loco planè superuacanea. Cap.VII. Argumento xvi liberis circa ludentibus,per quos totidem cubiti summi incrementi arguentes annos eius intelligūtur.)Emendata lectio.argumēto Nili xvi liberis circa ludentibus, per quos totidem cubiti summi incrementi augentis se amnis intelliguntur. Nos ampliores triginta uidimus in scena,quam Callistus Cæsaris Claudij libertorū potentissimus exædificauerat.)Magis placet uetus lectio : N.a.t. u.in cœnatione,quam Calistus Cæsaris Claudij libertorum potentia notus exædificauerat.

Cap.VIII. Ad terenda collyria quadam utilitate naturæ alia cōueniens.)Lego,quadā utilitate naturali conueniens Cap.IX. Hac admiratione opus effectum est,ut cum op.id ex. Cambyses &c.)Scribo,Hac admiratione operis,non opus. Pedalibus spatijs ex eodem lapide.) Spatijs redundat. Postea egestis laterculis alleuata naue.) Scribo alleuatas naues. Et alij duo sunt Alexandriæ ad portum in Cæsaris templo.)Lege,in portu ad Cæsaris templū. Cap.XI.

Tertius est in Vaticano.)Rectius,Tertius Romæ in Vaticano.Nam sequēti uersu in emendatis codicibus legitur:fractus est in molitione:non ,fractus in molitudine eius. Cap.XII

Alij lateribus è luto factis extracto cōtis in priuatas domos distributo.) Vera lectio: alij lateribus è luto factis extructos pontes,peracto opere in priuatas domos distributos. Cap.XIII

Refecit unus omnino pauca ibi ex monte Phado Thebis rex.)Longe aliter legitur in manu scriptis uolumibus:Refecit unus omnino pauca ibi Circūmon spado Nectabis regis. Cap.XV

Id M.Agrippa fecit in ædilitate post consulatū,per meatus corriuatis septē amnibus, cursu præcipiti torrentiū modo rapere atq; auferre omnia coactis.Insuper mole imbrium cōcitati uada ac littora quatiunt.)Melius quadrat,mea quidem sentētia,uetus lectio.à M.Agrippa in ædilitate post consulatū,per meatus corriuati septem amnes,cursuq; præcipiti torrentiū modo rapere atq; auferre omnia coacti,insuper mole imbrium concitati uada ac latera quatiunt:& reliqua. Inenarrabili profecto impendio & operariorum multitudine.)Elegantius,& operarum multitudine.

Cap.XVI. Et Magnesiacū è Macedonia ei cōtermina.)Legendum,è Magnesia Macedoniæ cōtermina. Cap.XVII. Et uestes & calciamenta illita mortuis lapidea fieri.)Prodigiosa sane lectio,& à uetere multū degenerās,quę sic habet:& uestes & calciamēta illata,omnia lapidea fieri. Cap.XXII. Græci è lapide duro ac silice æquo.)Melius silice æquato. Cap.XXIII

Et cisternas harena pura & aspera quinq; partibus.)In antiquis exēplaribus est, Et cisternas harenæ puræ asperæ quinq; partibus. Cap.XXIIII. E lapide speculari,squamā uitalem habente.)Legendum,squamamúe talem habente. Quod malthatur,oleo perficitur ante.)Perfricatur non perficitur. Cap.XXV In Italia è festucis cannea: hoc aperte ex nomine ipso intelligi potest.)Nihil simile est in uetustis uoluminibus ,ubi sic legitur:in Italia fistucis pauita : hoc certe ex n.i.i.p. Pulsa deinde ex humo pauimēta in cameras transiere,ut pronum uitium. Et hoc certe inuētum ab Agrippa in thermis quas Romæ fecit.Figlinū opus encausto pinxit.)Et hic uetus lectio magis arridet.Pulsa deinde ex humo pauimenta in cameras transiere è uitro:nouitium & hoc inuentū.Agrippa certe in thermis quas Romę fecit,figlinū opus encausto pinxit. Cap.XXVI

Sex M.p.à littore inter Cumas atq; Lucrinū.)à præpositio redundat,nō otiosa modo sed & sensum uitiās. Fit & intincturæ genere obsidianum,ad escaria uasa totū rubens uitrum,atq; non translucēs,hæmatinon appellatū.)Legi debet:Fit & tincturę genere obsidianū ad escaria uasa,& totū rubens uitrum atq; nō translucens,hæmatinon appellatū.Nā alterū & necessario addendū, cum diuersa genera sint obsidianū & hæmatinon,hoc rubēs,illud uero nigricās. Cap.XXVII

Repente in foco comparuisse genitale.)Lege addendo:repente in foco eius comp.

EX LIBRO TRIGESIMO SEPTIMO Cap. I

MVltum enim detractum erat gemmæ dignitati ,) Erat redundat. sunt enim uerba Ismeniæ choraulæ. Vt sibi quoq; par uideretur.)Legendū,ut sic quoq; par uideretur. Sed nulla peritia electas,sed forte quadā.His exēplis initio uoluminis oblatis.) Lege & distingue sic.sed nulla peritia electas:forte quadā his exemplis,& reliqua. Hoc in Polycratis gemma,quę demōstratur illibata intactaq; ab Ismeniæ ætate post multos annos,apparet scalpi etiā smaragdos solitos.) Melior uetus lectio.Polycratis gemma quæ demōstratur,illibata intactaq; est.Ismeniæ ætate multos post annos,a. s. e. s.s. Quicq; diui Augusti imaginem similem expressit,qua postea principes signabant,)Adde nomen artificis:quicq; d.A.i.s.e.q.p.p.s.Dioscorides. Quidnā fuisse acturum eum si

eum si Scipio à patre eius interemptus esset.)Facturum non acturum. Vitium enim est latinitatis hoc loco,grauius quàm prima fronte uidetur. Cap.II. Seueritate uicta & ueriore luxuria quàm triumpho.)Antiqua scriptura:& ueriore luxuriæ triumpho.quasi luxuria tunc uerius triũphauerit quàm Pompeius. Ni uerius sit eum deorum ostentũ credi oportere.)Rectius nostra exemplaria: ni uerius iræ deorum ostentũ credi oporteret. Qui sceptra personis histrionũ,& cubicula uiatoria unionibus consternebat.)Scribo iuxta fidem ueterum codicum:qui sceptra,& personas histrionum,& cubicula uiatoria unionibus construebat. Dum Poppeanis præludit.)Nõ Poppeanis,sed Pompeiano.s.theatro.ut intelligamus theatrum hoc transtyberinũ Pompeiani fuisse præludium.Nam Nero priusquã probe perfricuisset frontẽ minoribus se ostentauit theatris, postremo in Pompeij theatro in conspectu totius populi Ro.ineptire non erubuit. Guttonibus Germanię genti accolis æstuarium Mentonomon nomine,ab oceano spatio stadiorũ sex miliũ.) Sincera lectio antiquorũ uoluminũ est hæc. Guttonibus Germaniæ genti accoli æstuariũ oceani Mentonomon nomine,spatio stadiorum sex miliũ. Centum ferè M. p. abest à Carnunto littus Pannoniæ,quod id à Germania inuehitur.)In emendatis codicibus legitur sic.D C ferè M.p.à Carnunto Pannoniæ abest littus id Germaniæ ex quo inuehitur. Cap.IIII. Omniũ profecto muneris talis inuentio hominis est.)Scribo,Numinum profecto numeris talis inuentio omnis est.

Cap.V. Quapropter principatum ex ijs Aegyptij obtinent.)Nisi legas Cyprij,ut est in uetustis exemplaribus,nec præcedentia quadrabunt,nec sequentia. Mox iuxta Carchedonẽ in qua legebatur smaragdites dictus est.)Lego,Mons in quo legebãtur iuxta Carchedonẽ smaragdites dictus est. Cap.VIII. Ergo euntes è longinquo incessunt: & cum toto musco excutiunt.) Pro euntes scribo fundis,ergo fundis è longinquo incessunt. Hoc uectigal hocq; gestamen diutius in ceruice gratissimum norunt.)Diuites,nõ diutius. Quidam ictu primo cepere præclaras, multi in secundo nullas.) Non in secundo,sed insectando. Et quidem callaides tali sectura formantur.)Qualinam sectura? Nihil enim præcessit quò referatur. Incorruptiores codices habent: Et uenatus quidẽ callaidis talis.Sectura formantur,&c.Et uenatum apte nominat propter fundi tores. Neq; est mutabilior alia aut mendacior uitri.)Reposuimus sincerã lectionem hoc modo. Neq; est imitabilior alia mendacio uitri. Et nilion,fulgoris si ante habeas breuis,& cum intueare fallacis.) Antiqua scriptura: fulgore hebeti,aut breui & cum intueari fallaci. Smaragdo similẽ indicæ.Cyprij dicunt glaucum pinguemq;.)Melius quadrat uetus lectio,siue præcedentia consideres siue sequentia.Est autem hæc.smaragdo similem Indi,Cypros duram glaucoq; pingui.Et sequenti uersu,pro talis & iaspis est.Scribo,Talis & Caspia est. Cap.IX. Quæ ex ijs smaragdo similis est,è petra per transuersum linea alba præcingitur.) Legendum, smaragdo similis est, & per transuersum &c. Cap.X. In India & Persidis Acidiæ monte.) Scribo,& Perside ac Ida monte. Ad Dardanum nunc pagum quondam oppidum.)Vetus lectio,Atarne nunc pago quondam oppido. Cap.XI. Adunephros eiusdem Theudactylus hic & à Syris colitur.) Quis intelliget hæc? Sincera lectio: Adadunephros eiusdem oculus dicitur.deus & hic colitur Syris.ac si dicat,gemma hæc ab alijs Adadi ren,ab alijs Adadi oculus nominatur. Fuit autẽ Adadus unus è priscis illis Syrorum regibus,cuius est sacra Hebræorũ historia meminit. hunc Syri ob merita consecratũ in cœlitũ numerũ retulerunt,diuinisq; honoribus ceu peculiare suę gentis numen usq; ad Plinij tempora colere perseuerauerunt. Cap.XIII. Gemniferi amnes sunt, Oaxis, Mater,Ganges.)Malim ueterem lectionem,Gemmiferi amnes sunt Acesines & Ganges.

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-171286-p0764-0
DFG